TRACTATVS
INCERTI AVCTORIS,

72

Quo ea, quæ Cameræ Imperialis ordinatione, constitutionibus Imperij, Recessibus & memorialibus visitationum Cameralium, communibus itidem conclusis & decretis amplissimi illius collegij continentur, & iure communi vel omissa vel Doctorum altercationibus intricata sunt, succinctis & eruditis aphorismis explicantur; adeò vt authenticarum Imperij Romano-germanici titulo meritò gaudeat.

Hactenus nunquam excusus: nunc ob communem rei literariæ vtilitatem in lucem primum protractus, typisq; datus.

Opera & studio
FRIDERICI ORTLEPII
VVeinheimensis Palatini.



Cum gratia & priuilegio.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Impensis heredum Ludolphi Brandes.
Anno M. D. IC.

REVERENDISSIMO, ILLVSTRISSIMO, POTENTISSIMOQVE PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO HENRICO IVLIO, Postulato Episcopo Halberstadensium, Duci Brunsuicensium & Lunæburgensium &c. Domino suo clementissimo.

REuerendissime & Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, Ius ciuile, quod ex Neratij sententiâ finitum esse & potest & debet, varijs interpretantium commentarijs infinitum, imò penè incertum sæpius reddi, non solùm antiquitas conqueritur, verùm etiam parentum nostrorum ætas, non sine leui Iustitiæ detrimento, experta est. Sed vt olim Sacratissimi Imperatores malo huic remedium tulerunt, dum nouis subinde decisionibus contrarias interpretantium sententias sustulerunt, nouellisq; suis constitutionibus ius ambiguum ad certitudinem quandã redegerunt: ita & nostro æuo optimi principes, cæteriq; ordines Sacri Romani Imperij illud vnicè egerunt, aguntq; quotidiè, vt quæ vel deci-

fione vel nouâ constitutione egere videntur, ea editis constitutionibus, Recessus Imperij vulgò vocant, alijsq; similibus decretis determinentur, atq; ità ius certum, minimeq; controuersum constituatur.

Cæterùm, vt olim Iulianus Græcus legum interpres nouellas Iustiniani Imperatoris constitutiones succinctis aphorismis illustrauit: vt item Irnerius, æternis doctorum laudibus, ob reuocatam in lucem Romanam iurisprudentiam, celebrandus, cum opus illud Iuliani, incuriâ an inscitiâ temporum illorum in obscuro lateret, idem linguâ latinâ præstitit, non sine singulari iuris studiosorum commodo, doctorumq; hominum applausu, adeò vt authenticæ illæ, quas vocant, non epitomes tantum, sed & commentarij vsum præstare possint, vimq; & potestatem nouellarum perquàm probè exprimant, easq;, quæ ab alijs interpretibus mouentur disputationes, facilè tollant: Ita non absimili ratione, nec minore cum laude vir quidam doctus in nouissimis Imperij constitutionibus idem felicissimè præstitit, non quidem omnibus, sed ijs potissimum,

ſimum, quæ ad ordinem iudiciorum, & inprimis ſupremum Imperij tribunal ſpectare videbantur. Idem ille viſitatorum ſcita, & aſſeſſorum iudicij illius de quæſtionibus aliquot controuerſis conſulta, quæ communia concluſa vulgò nominant, adiunxit, atq; iſthæc omnia non ſolum elegantiſſimo ſtylo & neruosâ breuitate conſcripſit, verùm etiam vnumquodq; eorum ad ſuam claſſem ordine aptiſſimo redegit.

Sanè de nomine illius, quod ego perpetuâ memoriâ dignum cenſeo, neutiquam mihi conſtat: in lucem tamen fœtum hunc ingenij illius, quem amici cuiuſdam beneficio obtinui, protrahendum duxi, tùm vt eum ad cætera perficienda, ſi ſupereſt & veſcitur aurâ, vt ait ille, incitarem, tùm vt alij viri docti theſauro hoc minimè fraudarentur, ſed haberent exemplum, quod in illuſtrandis eâ ratione cæteris quoq; imperij conſtitutionibus, alijſq; decretis ſimilibus, quorum plæraq; nec dum publici iuris ſunt, ſequantur.

Tibi verò, Pater patriæ, Domine Clementiſſime, opellam exiguam, quam autoris huius editioni impendi, conſecrandam, tuoq; patro-

cinio

cinio commendandam duxi. Quibus causis verò vt id facerem permotus sim, nouit vniuersa tua academia Iulia, nouit aula. De tuis heroicis virtutibus, de eximijs in literas meritis, de iuris cògnitione, quâ præditi de hoc scriptionis genere soli rectè iudicant, deniq; de alijs diuinis dotibus tuis nihil dicam: quod ea omnia tam illustria sint, vt si parcè, quæ est linguæ meæ infantia, attingam, obscurasse potiùs laudes tuas, quàm illustrasse videar. De me dūtaxat, vt loquar, clementer patere. Diuus Iulius Pater Tuæ Celsitudinis me adolescentem, & ex patria ad bonarū literarum mercaturam profectum, non solum hospitem academiæ suæ voluit, sed suum etiam alumnum, suaq; liberalitate, quam ille literis earumq; studiosis ex asse mancipauerat, studia mea clementissime promouit. Tu Diui patris vestigijs insistens, non solum stipendio annuo, quod ille assignauerat, aucto, in illustri Iulia per nouennium aut amplius me benignissimè aluisti, verùm etiam ante biennium in aulam tuam euocasti, atq; illic, cum numerum assessorum rerum criminalium, viris aliquot iuris cognitione & morum

morum integritate præstantibus adiunctis, auxisses, me earundem actis consignandis præfecisti. Sic enim censes, & rectè censes, prudentissime princeps, quâ in re maximum periculum versetur, eam cautissimè tractandam, nec grauissimas causas imperitis vilibusq́; personis, sed grauibus iurisq́; peritis committendas esse.

Accipe ergo, Reuerendissime Illustrissimeq́; princeps, gratitudinis meæ debitæq́; subiectionis hoc quale quale indicium, studiumq́; hoc meum, & me clientem tuum aduersus momos inuidosq́; protege. Sic Illustriss. T. Celsitud. protegat protector ille omnium, patriæq́; & nobis in turbulento hoc statu quàm diutissimè incolumem esse velit. Dabam in aula Guelphibytana Kalend. Februarij Anno 1599.

Reuerendiss. & Illustriss. tuæ Celsitud.

Subiectissimus & obsequentissimus

Fr[illegible] [illegible]epius.

[illegible]). FRI-

D. FRIDERICO ORTLEPIO
amico cariſſimo S.



Antâ mole boni maliq́, libri
Nunc venduntur in omnibus tabernis,
Vt ſi fortè redintegretur illud
Lycurgi veteris ſacrum inſtitutum
De fœtu Bromij patris necando,
Non ſit quod male ſecum agi querantur.
Namq́, vt millia codicum trecenta
Lanâ compoſita eſſe de caprinâ
In quâuis hodie arte conticeſcam,
Quid noſtro querar accidiſſe IVRI?
Num tot monſtra nouarum opinionum,
Et tam vaſta voluminum ſupellex
Omnes vſq́, adeò implet officinas,
Vt naues onerarias vehendæ
Iſti prorſus inutili ſaburræ
Centum & amplius haud ſatis putemus?
De nugis loquor & ſine arte libris,
Quos caſſâ nuce non emat viator:
Qui frugi perhibentur, hos ſubinde
E denſis iuuat erui tenebris,
Et per omnia pulpita explicari.
Talis cum tuus hic ſiet libellus
(Tuum nunc voco, quem tuò labore
In lucem vigil è ſitu reducis)
Succinctus ſimul atq́, fructuoſus
Cauſarum omnibus in foro patronis;
Quare non tibi gratias agamus
Præclarorum operum ... vindex;
Pro tanto officio, ar... mus
Communi iuuer...
Suſceptam be...

...ius I.C. Ill^mi D v c i s
... Conſiliarius.

IVS



IUS CAMERÆ:

Achtt.

Vide verb. bannus.

Abſentia Iudicis & Adſeſſorum. O. C. p. 1. tit. 7.

SEX ſeptimanæ abſentiæ adſeſſorum, quotannis ſupra ferias conceſſæ, dehinc ſublatæ abrogatæque ſunto.

Iudex & Adſeſſores à Cameræ Iudicio ſine licentiâ ſpeciali vltrò citroq; ſumtâ datâq;, nec non niſi causâ legitimè in conſilio probatâ non recedunto.

Eorum qui per ferias ſententias concipient, eâ in re cauſa præcipua eſto. Præter licentiam abſentibus ſtipendiũ pro ratâ decedito & adcreſcito reliquis, quibus adcreuit & labor: Contra hæc nulli9 gratia interceſſióue valeto.

Tempus commeatus ſeu obtentæ veniæ & dies reditus à protonotario coràm conſignator, & ad quæſtorem defertor, is quod eiuſmodi abſenti per id tempus ſtipendij deceſſerit, per trimeſtria inter cæteros diſtribuito.

Commeatus paucis ſimul, nec ſupra 2. 3. vel ad ſummum 4. adſeſſoribus dator.

Iudex, ſeu Collegij caput & directorium, eodem iure eſto: attamen præter vacationes ſolennes ſiuè maiores, quatuor quotannis abſentiæ ſeptimanas ex iuſtâ & Adſeſſoribus probatâ cauſa liberas præcipuasq; habeto. V. X. Anno 57.

Supra tempus ſex ſeptimanarum incluſis ferijs computandarum, ne cui omninò Cameralium ſine causâ ne-

 ceſſa-

cessariâ licentia dator. Si detur tamen, salarium ijs effluxis ne currito. Si citra licentiam id tempus excedatur, præter salarij mulctâ etiam arbitrariâ à Collegio pœnâ punitor.

V. Anno 59. Sex septimanæ ordinariorum quotannis Adsessorum absentiæ ad curandas res proprias, inclusis tamen ferijs concessæ extraordinarijs communes sunto, & aliàs quoq; æqualitas inter eos seruator.

M. 59. Anni verò à cuiusq; Adsessoris ingressu computantor.

62. Occupati circa relationes, suis negotijs priuatis ne abstrahuntor.

Commeatum petiturus iudici primum eiusuè vices gerenti, post etiam in pleno senatu, vbi, quandiu, quibus
79. ex causis absuturus sit, exponito. Reuersus ilicò ad functiones & munus suum reuocator, nemini supra 3.4.5. vel 6. ad summum menses permittuntor. Hos qui excedent Cæsari quidem & Imperij ordinibus eius rei rationes reddunto: interim alij sine cunctatione in locum eorum ritè sufficiuntor.

V. M. 86. Abeundi potestas per præsides non nisi per biduum triduumuè & bis in anno &c. idq; de consilio duorum adsessorum præsentium, vnicuique dator.

M. 75. Biduum triduumuè absentiæ de sex septimanis annuis semper decedito, inq; eas computator: supra veniæ metam absentes ad se sistendum maturè promouentor.

V. M. 86. Dies abitus & reditus sine mora deputatis zu den Neglecten & protonotario coràm indicator, vel totius temporis intermedij salarium inter neglecta distribuitor. Vide Neglecta.

Absentia Cameralium in genere.

V. A. 58. Personarum ad Cam. pertinentium vltra sex septimanas inclusis ferijs à iudicio abesse nemini permittitor.

Extra

Extra quam si ex necessariâ causâ id tempus arbitrio iudicis & duorum Adsessorum prorogetur.

Aduocati & procuratores cômeatum à iudice si peregrè proficiscantur coràm, sin in vrbe maneant, etiam per alios si volunt, petunto.

Personis Cancellariæ Iudex consensu præfecti veniam dato. 57.

Protonotarij Notarijq; ne extra vrbem commissiones, aliauè negotia obeunda, neuè intra vrbem, cum iacturâ negotiorum publicorum suspicioneuè suscipiunto. V.64.

Absentia Adsessorum è Senatu.

Excusationes emanentium è Senatu Iudex nisi iustissimas ne admittito, excedendi licentiam ne temerè dato.

Excusationum causæ in scriptis exhibentor. 63.

Publicatis in iudicio sententijs sine veniâ abeuntes & à Senatu se subducentes pœnâ neglectorum per præsides puniuntor. 74.

Senatus habendi tempus matutinum sine idoneâ excusationis causâ negligenti salarium eius diei dimidium, vel in singulas horas totidem floreni quadrantes decedunto. 57.

Dierum Sabbathi, eadem ratio, idemque periculum esto.

Absentia Procuratorum à Iudicio.

Iudicio absfuturi Iudici causas vel præsidibus in scriptis ipsi porrigunto, sine licentiâ ne emanento. 76.

Procuratores, quotquot nec peregrè absunt, nec morbo detinentur, citra excusationis admissionem 77.

publicationi ſententiarum interueniunto. Poſt eam, excuſatione, ſi videbitur, nonniſi legitimâ vtuntor.

Abſchiedt.

Vide Viſitations Abſchiedt.

Abſolutio banni.

Vide Banni abſolutio.

Abſolutio à Citatione.

B. 55. In causâ ſimplicis querelæ, nî actor in primo termino libellum produxerit, citatus à citatione refuſis (ſi præſens ſit) expenſis abſoluitor.

C. 90. Libello in termino non producto, reus etſi abſens, nec petens, ex officio tamen abſoluitur à Citatione.

O. p. 1. t. 31. B. 55. & O. p. 3. tit. 31. Si compulſoriales antea obtentæ vnà cum actis, inuè horum locum requiſitionis documentum, vel non producantur primo termino, vèl eodem ſaltem termino non rectè petantur, appellatus à citatione abſoluitor, ſi petat.

O. p. 3. t. 42 Actore citationis terminum non obeunte, tribuſque poſt proclama (hodie ſex) iuridicis effluxis, citatus à citatione, ſi petat, abſoluitor, vide contumac. proceſſ. contra act. §. 23.

C. 90. Hoc tamen caſu non niſi præſens petensq; obtineto.

In cauſis appellationum omnibus & L. diffamari, alijsq; ſimplicis querelæ, quæ litis conteſtationem ordinariumuè proceſſum non requirunt, repetitio verbalis narratorum actorumuè loco libelli, à pœnâ non libellantis liberato.

Contra appellantem contumacem, etſi terminus non circumducatur, attamen etiam pendentibus fatalibus ad procla-

proclama & abſolutionem procedere appellato integrum eſto. Vide Comminationes. §.5.

Actorum Conſcriptio.

In inferioribus Iudicijs vel procedunto in ſcriptis vel acta omnia literis diligenter conſignanto. O.p.3.t.31.

Actorum editio.

Acta in cauſis ſpoliorum, appellatione à iudicibus primæ inſtantiæ Von den Außträgen interpoſitâ, intra tres menſes ſumptibus ſpoliatoris eduntor, vel eo nomine compulſoriales decernuntor. O.p.2.t.8.

Acta à Iudice vel ſcribâ intra 30. dies ab interpoſitâ appellatione cum cautione de ſoluendâ mercede inſtanter petuntor, & pro iuſto precio ſine morâ communicantor. O.p.3.t.31.

Acta ne manca, ſed cum inſertis mandatis procuratorijs eduntor, vel ſumptibus proprijs citra præiudicium appellantis ſupplentor. O.p.2.t.31

Dies atque adeò hora latæ ſententiæ aliorumque actorum non ſecundum feſta atque dominicas, ſed numerum dierum menſis exprimuntor.

Acta in cartâ non membrânâ ſcribuntor, vel non pluris, quàm ſi in cartâ eſſent, æſtimantor. Gallicana ante editionem in linguam Latinam vertuntor: ſic verſa tùm demum eduntor.

Acta integra, & cum inſertione omnium eorum, quæ ſimul cum, ante, vel poſt ſententiam, acta, probata, pronunciata, geſtauè ſunt, eduntor.

Actorum æſtimatio.

Acta ne ſupra modum iuſtum æſtimantor: in calce æſtimationem adſcriptam habento. O.p.2.t.31.

In membranâ ſcripta ne pluris quàm in cartâ cenſentor.

Actorum prioris Inſtantiæ taxatiò petentibus in Camerâ. ſine requiſitione Iudicis inferioris, moderator, monitoriaque eo nomine contra Iudicem decernuntor.

Nec ab eâ moderatione,ob oppoſitas poſtmodum Iudicis inferioris exceptiones, receditor: ſed vigore monitorij acceptum ſupra modum reſtituitor.

Actorum Expenſæ.

R.66. Appellatus, ſi actis ab appellante redemtis æquè cum illo vti velit,ei pretij nomine pro ſuâ parte ſatisfacito,vel litem Iudex dirimito.

Actorum productio publicatioq́;.

O.p.3.t.31 In primo ſtatim termino producuntor.

Acta obtenta cum libello in primo termino ſimul exhibentor. Sin clauſa ſint, per deputatos à Iudice, præſente protonotario, notarioue, illæſis ſigillis, aperiuntor, procuratoriq́; ad libellandum in proximo termino reſtituuntor.

Appellato comparenti terminus proximus zur gegenhandlung conceditor, acta deſcribenda traduntor, ad ea reproducenda dies præfinitor, Acta neben andern Handlungen reproducuntor, non peculiares ſibi Receſſus depoſcunto.

Actorum Completio.

O.p.1.t.29 30. Acta concluſa à Notarijs lectoribusq́; ſimul complentor.

75. Etiam punctis ipſo iure concluſis acta in Cancellariâ complentor.

56. Acta niſi complenda Cancellariæ ne inferuntor.

Per Notarios & lectores maturè auff den beſcheidtlich expedienda dantor.

Dies

Dies & annus completionis in protocollis ad margines adnotantor. C. 85.

Actorum copia seu Communicatio.

Acta expedita ilicò scrinijs seu receptaculis suis inferuntor. 56.

Nemini citra autoritatem Iudicis communicantor.

Procuratoribus acta productaue nonnisi præsentibus inspicienda, inq; his loca tantum necessaria (extra tamen quibus aliquid fuerit à Referentibus annotatum) legenda lectores exhibento. Nulli inconsulto Iudice præiudicia conquirenti acta vel protocolla inspicere domumuè secum deferre ius esto. M. 75.

Grauaminum copia Cameræ, in reuisionum causis, negator.

Actorum ad Referendum Distributio.

Acta Adsessorum absentium, si qua moram non ferant, alijs interim ad referendum dantor, cætera lectoribus restituuntor. O. p. 1. t. 7. S. Weyser.

Causas seu articulos conclusos, leuiores quidem, actis ilicò completis, ante proximam sequentem iuridicam, grauiores verò diebus Sabbathi per lectores Iudex inter Adsessores præsentes ordine distribuito. Eâ in re AEqualitatem quantum potest, maximam seruato: Causas antiquas & priuilegiatas cæteris præmittito. Ijsdem definitiuas, qui eiusdem causæ interlocutorias retulerint, demandato. Definitiuas earumuè vim habentes, vbi referens acta perlegerit, Iudex conreferenti alij committito, hique simul causam deinde referunto. O. p. 1. t. 10.

Causas semel relatas, nisi ex magnâ necessitate, denuò referendas ne curato. Absentium acta in fornice seu scrinia

interim

interim inferri iubeto: Si qua moram non ferant, tantiſper alij ad referendum dato.

56. Poſt abdicationem ſeu reſignationem adſeſſores iudici acta ſua reſignanto; is referendis ijs legem dicito.

M. 57. Adſeſſorum excedentium acta inter remanentes diſtribuito.

Inferioris Germaniæ acta Belgis: Superioris inde ortis Adſeſſoribus traduntor.

Actorum Indices.

O.p.1.s.10. Actorum ad Referendum datorum duo indices conficiuntor, alterum Iudex, alterum lector habeto. In ijs tempus concluſionis, ad referendum dationis, & quo in puncto ſubmiſſum ſit, continetor: huius indicis ſubſidio ordinē in diſtribuendis referendiſq; actis rectè ſeruari curator.

59. Belgicæ & Saxonicæ cauſæ alterum referentem Belgam, alterum è ſuperiori Germania oriundum habento.

64. Definitiuè concluſa acta ſeorſim à ſubmiſſionibus leuioribus diſtribuuntor.

R. 66. Cauſæ fiſcales per Notarios non niſi de mandato Iudicis expreſſo mandantor.

77. Iudex in acta & cauſas cuique demandatas inquirito, nemini ſuper duas, tres, vel quatuor definitiuas, nec vltra tres, quatuor vel quinq; interlocutorias ſimul legendas committito.

C. 15. Acta completa in der Leſerey non detinentor, ſed diebus Sabbathi ſingulis referenda diſtribuuntor. Eidem ſemper Referenti vel correferenti alijuè ex eodem ſaltem ſenatu, præſertim in puncto executionis, redduntor.

Mandata ſecunda, tertia, & deinceps, ſenatui cui & primum inter eaſdem perſonas obtigit, traduntor.

Actorum

Actorum Custódia.

Acta ad Referendum accepta ne quis hic illic dispersa, aut non custodita in curiâ relinquito, sed penes se custodito. 50.

Secus facientes lectores iudici deferunto, isq; punito.

Acta Iudiciaria adsessores domi suæ diligenter à famulis domesticisque custodiunto, ne referentum nomina vulgentur, cauentes, eadem domo secreta habento, allegationes iuris ex ijs describi non sinunto, famulos ad reticendum, si quid casu rescierint, iureiurando astringunto. O.p.1.t.13. 56.

Eadem colligata ne dissipentur perdanturq; seruanto, procuratoris defuncti acta atq; causæ (si reliquerit minorennes liberos) ne cui alteri aduocato procuratoriuè in manus peruenire sinuntor. 57.

Actorum Scrinia.

Acta Iudiciaria Cameræ in duos fornices diuiduntor. O.part.1. tit.30.
Altero eorum omnes causæ nondum expeditæ, fisci, mandatorum, fractæ pacis, violentiæ & spolij, possessionis, iurium vnd herkomens / simplicis querelæ, compromissorum, & purgationum, iurisdictionis Cameræ, inuocationis brachij secularis, seu executionis ecclesiasticorum, sententiarum à compromissarijs latarum, aliarumq; causarum non per appellationem ad Cam. deuolutarum conduntor.

Altero causæ appellationum omnes & quæ inde pendent ijsuè accedunt, vt puta attentatorum, declarationum ob non paritionem, compulsorialium, inhibitionum, executionumq; earundem deponuntor.

Actorum Relatio.

Vide inf. verb. Relatio.

Actorum Restitutio.

O.p.1.t.13. Acta ante relationem in fornicem, iudice inconsulto, ne redduntor, neuè alia efferuntor, recipiuntorue.

O.p.1.t.10. Diutius tamen absfuturorum acta, interim dum redeant, in fornicem referuntor.

56. Post relationem, acta sine morâ, integra & sine defectu in fornicem lectoribus restituuntor.

59. Relatione finitâ, acta Notario, qui expeditioni interfuit, integra, cum consilijs adiunctis, seu ad ea pertinentibus, redduntor.

57. Vt conreferentes tempus idoneum habeant, legendis actis, referentes maturè ea restituunto.

M.40. Obtenta à lectoribus inspectaq; acta in conclaui senatus vel mensâ expeditionis non relinquuntor, sed visis, quæ scire intererat, lectoribus ilicò restituuntor.

64. Concepta citationum, mandatorum, aliorumq; processuum, consilia quoq; adsessoribus inspicienda exhibita, sua quæq; loco redduntor.

R.66. Lectores acta à Referentibus, iniussu iudicis, ne recipiunto, nec petentibus sponte tradunto.

69. Acta integra & sine defectu, vti quisq; acceperit, sic restituito.

77. Si quis in causâ consuluerit, acta ne recipito, neuè ex interuallo demum, sed confestim restituito.

Obtentu salarij debiti procuratorum hæredes acta litigantium ne detinento, sed competenti solutione taxatarum in Cam. Expensarum factâ restituunto.

Actorum Translatio.

Vide Cameræ sedes.

Adſeſſorum Nominatio.

A Cæſare tanquam Cæſare iudex tribunalis imperij, & duo è Comitum, Baronumuè ordine, duo item ICti, & propter prouincias eius hæreditarias duo ex nobilibus. Ab Electoribus ſinguli, A ſex circulis terni ordinarij. Extraordinarij ab Electoribus quatuor, ab octo circulis ſex, vicibus ſucceſſiuis, hique omnes vel nobiles vel ICti nominantor. O p.1.t.1. & R.66.70

Si quis Adſeſſorum ſuo ſe munere abdicarit diſceſſeritue, iudex id ei, ad quem nominatio pertinebit, denunciato; is intra ſextum menſem à die requiſitionis duos vel tres alios nominato, citra fraudem, vel ambitum. O.p.1.t.4.

Denunciationes per tabellarium peculiarem tranſmittantor, reſponſumq; vrgetor. 57.

Plures duobus aut tribus ſimul ne nominantor, nominati ad Examen ne admittuntor. 73.

Electoribus liberum eſto ſuo commodo vel Nobiles nominare, vel ICtos. R. 57.

Adſeſſorum Electio.

Ex his, qui nominabuntur, iudex & Adſeſſores maximè idoneum cooptanto: Sin erunt omnes incapaces, alios intra tempus præfinitum nominari requirunto: eo verò citra nominationem effluxo, ipſi eius regionis ſiue circuli, quo de agitur, originarium, vel ex viciniâ quem videtur, adſciſcunto. hæc ſic cauta ſtrictè ſeruantor. O.p.1.t.4.

Si vnus tantum præſentetur ſed idoneus, huius eligendi ius poteſtasque eſto. O.p.1.t.5.

Si Idonei Nobiles non extabunt, ICtos in eorum locum ſufficere liceto:

R. 57. Duo fratres, alter in Adſeſſorem, in Procuratorem alter non recipiuntor.

70. In qualitates nominatorum Collegium diligenter inquirito, nec niſi exploratâ per relationem cauſæ concluſæ cuiuſque diligentiâ ad electionem properato.

Adſeſſorum qualitates.

O. p. 1. t. 3. Præſides obeundis abſentis inpeditiuè Iudicis vicibus apti, reliqui è ICtis Adſeſſores egregij, docti, periti, idonei, prudentes, è Germanis oriundi, eorum conſuetudinum gnari, referendarumque cauſarum induſtrij, ac tales denique ſunto, vt vel iura docuerint publicè, vel poſt quinquennij ſaltem legum ſtudium in praxi probè ſint verſati.

Nobilibus ea omnia præter ICti titulum, inſunto.

Omnes vel vetuſtiori Religioni vel Auguſtanæ confeſſioni adhærento, ſectas & deliria vitanto.

A diſſidijs vtrinque contumelijsque abſtinento, paci & concordiæ mutuò ſtudento.

Adſeſſorum habitus.

O. p. 15. 8. In habitu honeſto & decoro, reliquiſque actionibus præ cæteris conſpicui ſunto: memores tum ſuæ ſortis, tum dignitatis Imperij, cuius & locum referunt, & iuſticiæ præſunt: in iudicio comprimis veſtibus longis & decentibus comparento.

M. 56. 76. Iudex, vt Adſeſſores, veſtibus decentibus vtantur, prouideto.

69. Contumaces eo vſque, dum ordinationi ſatisfaciant, à ſenatu abſtinento, negliguntoque, atq; has pœnas ipſo facto incurrunto.

Adſeſſo-

Adſeſſorum Reſignatio.

Officio abituri, non niſi poſt menſes 6. à. die reſignationis, abſcedunto: Sin præſto ſit ſucceſſor, ſuo arbitratu vtuntor. O.p.1.t.4.

Ea res officium ineuntibus ſtatim ab initio per iudicem palàm ſignificator. 59.

Officium Cameramq; relicturus omnia acta ſua, quotquot perlegerit, ante abitum referto, idque & apud diuerſos ſenatus. R.57.

Adſeſſorum Remotio.

In relationibus, votiſque & aliàs inepti, & inhabiles, iudicio Collegij remouentor; ſed prius à iudice adhibitis paucis è Collegio arbitris, poſt etiam frequente ſenatu muneris ſeriò admonentor. O.p.1.t.5.

Malè iudicantes, & pertinaces, ſingularitatiſque ſtudioſi à cæteris excluduntor.

Reliqua de Adſeſſoribus quære ſub verb. officium, ſalarium, pœna Adſeſſorum.

Aduocati Cameræ.

Vide de officio Aduocat. & verb. Procurator.

Aduocatus Fiſci.

Vide de officio fiſcalis. Item ſub verb. ſalarium.

Appellationis interpoſitio.

Von Fürſtlichen Außträgen ad Cam. appellare integrum eſto. Non ſolum ab ordinarijs iudicijs inferioribus Cameræ Imperiali immediatè ſubiectis, verùm etiam à iudicibus primæ inſtantiæ der Außträge/ſuis cuiq; ſaluis priuilegijs ad Cameram appellator. O.p.2.t.2. O.p.2.t.28

O.p.2.1.8. Idem in causis spoliorum vor bestimbten Außträgen coram iudicibus primæ instantiæ qui ex pactis vel arbitrio desumpti sunt, actis obtineto.

O.p.2.2.28 Subditos ab appellando nemo carcere, iureiurando, minis deterreto.

O.p.2.2.29 Appellatio, intra decendium præcisè interponitor, nec id tempus à Iudicibus immutator.

Appellatio à Definitiuâ.

O.p.2.2.29 Ab interlocutorijs vim definitiuarum habentibus haud secus quàm ipsis definitiuis, viuâ voce incontinenti, vel ex interuallo in scriptis prouocator.

Appellatio ab Interlocutoria.

O.p.2.2.28 Ab interlocutorijs nisi ob grauamen quod in appellatione à definitiuâ reparari nequeat, ne appellator.

O.p.2.2.20 Ac tùm quoque in scriptis solummodò, & cum expressione causarum appellatio interponitor, nec alijs quàm expressis causis iustificator.

C.76. Sententia competentiæ pro merâ Interlocutoriâ, nisi (vt magis placet quibusdam) magistratus sit, qui pro suæ Iurisdictionis interesse appellarit, Incompetentiæ, pro habente vim definitiuæ habetor.

Appellatio Extra iudicialis.

C.16. Extraiudicialiter non nisi tanquam à Iudice seu magistratu prouocator; In dubio appellatio admittitor; si tanquam à parte quis grauatus dicetur, ad ius ordinarium remittitor.

Appellatio Coram Notario.

O.p.2.2.29 Appellatio coram Notario & testibus facta, rata estos siue

siue iudici insinuetur, siue non: sed hoc casu ante inhibitionem per Iudicem attentata ne reuocantor, lisq; in appellationis puncto suo Marte porrò decurrito.

In scriptis vel coram Iudice vel coram Notario appellator; Notarij instrumento appellationis schedula inseritor. C.76.

Appellationis summa.

Infra summam 50. Gülden capitalis, seu sortis appellatio ne valeto. Causæ tamen iniuriarum, quibus ad reuocationem agitur, quæuè pecuniâ numeratâ, non minus tamen 50. Gülden/ æstimantur, Item iurisdictionum, iurium, seruitutum, pensionum & redituum perpetuorum, denique quarum rerum incerta est æstimatio, excipiuntor. O.p.2.t.28

Summa appellabilis ad Cam. 150. Gülden (Gcil. 1. obs. 23. Mynf. cent. 3. obs. 89.) Vel si de reditibus agatur. Sex aureorum esto. Sin reditus iurisdictioni adhæreant, aut ad proprietatem vel quasi ob non solutos reditus commissam, quæ intra summam ordinationis est, aut eam excedat, agatur, his casibus dispositio ordinationis rata maneto. R.78.

Si de summâ dubitabitur, ea appellantis iureiurandô priusquam deferatur appellationi, æstimator: priuilegijs specialibus hac lege nihil derogatum estô. O.p.2.t.29

Appellationis priuilegia.

Priuilegia Iudiciorum, de formâ seu modo appellandi, puta auri & argenti exhibitione, à scientibus obseruantor, nescientibus præiudicium nullum generantô. O.p.2.t.29

Contra priuilegia statibus indulta appellationes ne recipiuntor. 76.

Priui-

Priuilegia de non appellando, Cameræ in originali formâ insinuantor, à Lectoribus in membranâ describuntor, summæ & qualitates priuilegiorum tabellâ in conclaui senatus suspensâ proponuntor.

Appellationis Introductio.

O.p.2.t.30 Apostolos petere vel non petere liberum esto: petitos Iudex vel dato vel negato,& loco fatalium tempus vnius, duorum, trium, vel sex ad summum mensium ab interpositâ appellatione computandum, pro distantiâ locorum, & qualitate rerum & personarum designato: intra id tempus processus in Cam. extrahuntor, exequuntor, & reproducuntor.

Si tempus nullum dabitur, sex menses iusti sunto, eos Camera ob locorum nimiam distantiam petentibus prorogandi licentiam habeto.

Idem in in his, qui coram Notario prouocauerint, ius esto: singuli menses 30. dierum sunto.

O.p.2.t.8. Si in causa spolij Von den Außträgen appelletur, appellatio trimestri spacio in Camerâ proponitor.

Iudex & Adsessores, harum rerum prætensâ ignorantiâ non obstante, ordinationi adhærento, nec allegatione consuetudinis contrariæ ab eâ auertuntor.

C.76. Sex menses fatales, nisi ob distantiam locorum, vel causæ iustæ notorietatem, aut impedimentum in continenti probatum, ne prorogantor: sed in integrum restitutioni duntaxat, actioniuè in factum locus esto: terminus tamen hominis angustior ad sex mensium ordinationisq; tempus, ex quauis non ineptâ causâ, prorogator.

Appellationis Delatio.

Apostolos petere vel non petere liberum esto: petitos

Iudex

Iudex concedito vel negato; In testium Examinibus ad perpetuam rei memoriam Commissarij, appellationibus ad Cameram interpositis non attentis, procedunto vlterius; idque etiam in causâ litigiosæ possessionis, & testibus ad informationem duntaxat judicis examinandis, seruanto.

Appellationis iustificatio.

Formalia appellationis exhibitione actorum, vel si coram notario appellatum sit, per instrumentum continuò probantor. Vide Contum. processus contra actor. §. vlt. & tit. seq. §. vlt. O.p.3.t.31

Formalia appellationis vel in supplicatione, iustificantor, vel loca saltem necessaria in appellationis instrumento per procuratores signantor. 61.

Ab vtriusq; partis procuratore vel iustificantor, vel excipiendo respuuntor sub pœnâ arbitrariâ, & eius quod intererit partium læsarum. V.44.

Procuratores appellationum formalia ipsi iustificanto, aut parti in id quod interest & prætereà in arbitrariam pœnam condemnantor. R. 70.

Appellationum formalia secundum stylum Calendarij veteris sub pœnâ ordinationis iusta esse docentor, donec aliter per Imperij ordinationes constituatur. B. 53.

Appellationis Receptio.

In causis criminalibus pœnam corporalem infligentibus appellationes ne admittuntor. O.p.2.t.28

Appellationes, nisi gradatim & ab immediatè proximo iudice inferiore interpositæ, nisi is notoriè iustitiam denegasset appellanti, aut Iudex in eâ causâ esse non posset, ne recipiuntor. O.p.2.t.29

Appellationis Renunciatio.

O.p.2.t.28 Subditos ab appellando nemo carcere, iureiurando, minis deterreto: secus si fiat, gesta irrita sunto: Appellationis persecutio salua maneto. Si quis spontè appellationi renunciarit, vel si ex priuilegio aliauè causâ illicita sit appellatio, ius commune & ordinatio valeto.

Appellationis desertio.

O.p.2.t.30 Si intra fatalia vel hominis vel legis citatio in Camerâ obtenta non reproducatur, appellatio deserta esto; appellatus super desertione, si velit, procedito. non tamen sententia confirmator in Camerâ, sed executio remittitor ad inferiorem, si ius exequendi habeat; sin minus à Camerâ imploratâ executioni mandator.

C.76. Appellato appellationem in termino prosequente, etsi appellans post fatalia processus reproducat à desertione immunis esto.

Mora seu culpa iudicis parti circa fatalia ne præiudicato; sed nec factum Cancellariæ, si vltra fatalia terminus proiectus, isq; à parte seruatus sit.

C.83. Fatalibus per culpam nuncij exequentis effluxis appellatio deserta esto: Sed appellans restituitor, vel ilicò ex officio, si in termino citatus comparuerit, vel si emanserit præuiâ citatione ad id petita: idem esto, si sine culpâ impedito nuncio, prorogationeq; petitâ, & reproductione intra tempus prorogationis factâ citatus tamen abfuerit, contra eum nec proclama decerni, nec in contumaciã cõtra eũ procedi hoc casu fas esto. Vide procef. reproduct.

Appellationis persecutio.

O.p.2.t.6. In appellatione von den Außträgen/ nisi quod antea vel

vel latuiſſe, vel produci non potuiſſe & ad cauſam tamen pertinere iurabitur, nihil noui admittitor.

Idem in ſpecie in Appellationibus Von den Außträgen in cauſis ſpoliorum ſeruator. O.p.2.t.8.

Vi metuq; ab appellando deterritis, appellationis perſecutio nihilominus ſalua maneto. O.p.2.t.28

Si ab interlocutoriâ ſimplici appellatum ſit, inſtrumentum appellationis loco libelli repetitor, paucisq;, vt benè appellatum, malè iudicatum pronuncietur, poſtulator. Sin à definitiuâ eiuſuè vim habente appellatum erit: libellus vel ſimplex, vel articulatus proponitor. O.p.2.t.31

In cauſis appellationum omnibus indiſtinctè repetitio actorum, narratorùmuè loco libelli pro ſufficienti libellatione habetor. C.90.

Si appellans ſtatim à lite conteſtatâ loco libelli acta priora & grauamina repetierit, concluſeritque, termino proximo appellatus ilicò ſubmittere tenetor. Sin alteruter amplius quid deducere probareuè aut priora confirmare plenius velit, eodem id termino proponito; Appellationes à definitiuis earumuè vim habentibus etiam ex nouis cauſis, ſed ex prioribus tamen articulis deductis iuſtificantor. Si noui nihil deducatur, probeturuè, vterque ſimiliter verbaliter concludere tenetor. O.p.3.t.33

Appellatio à Camerâ.

A ſententijs Cameræ nec appellare nec ſupplicare, ſed ſyndicatum tantummodò aut actorum reuiſionem petere liceto. O.p.3.t.53

Appellatio temeraria.

Vide pœn. temerè appellat.

Articuli.

O.p.3.t.14. Articuli libello conformes sunto, numeris distinguuntor, quatenus res ferat omnes simul proferuntor, non additionales additionalium, additiones supra additionales, exhibentor.

O. p. 3. t. 40. Facta, non iura, nisi quatenus hæc ex illis oriuntur, articulantor.

R. 70. C. 90. Libelli vel grauamina primo statim termino articulata proponuntor: Si summarius edetur libellus, ab articulis posteà abstinetor.

Libello summario exhibito, articuli posteà ne intra terminum quidem ad libellandum concessum admittuntor.

Post libellum summarium productum, factamuè repetitionem loco libelli, articuli porrò ne recipiuntor.

In grauaminibus, quid noui sit deducturus, appellans in specie exprimito, ex aduerso quoque quæ grauamina quibusque ex causis minus sint admittenda, nominatim demonstrator. Vide dilationes probat. §. vlt.

Articuli Elisiui, alijque deinceps quatenus admmittendi, Iudex ex æquo & bono arbitrator.

De articulis defensionalibus, Vide Handlung secundi termini.

Attentata.

O.p.3.t.31. Si contra inhibitionem attentabitur, ad pœnam agitor. Sin inhibitio nulla exijsse videtur, reuocatio in scriptis postulator.

Attentatorum inhibitionum causæ in extraordinarijs celerrimè peraguntor. Attentatorum causa cum princi-

pali

pali iunctim decurrito, neutra sine alterâ peragitor: Si sint notoria, vel in continenti probari possint, ante omnia reuocantor, vel ad pœnam inhibitionum condemnatio concipitor.

In puncto reuocationis attentatorum vel declarationis pœnæ inhibitionũ, sine litis contestatione separatouè processu, implorato officio iudicis, articulisque exhibitis, summaria probatio & conclusio sufficiens esto. R.79.

Vide Appellatio coram Notario. §.1.

In puncto citationis & mandati super constit. pignoris attentata iure communi censentor; ad causam principalem continuandamque possessionem pertinentia pro attentatis ne habentor. C.76.

Attestationes.

Attestationum copiæ ex Cameræ Imperialis Cancellariâ redimuntor, nec earum exempla, sicut & aliorum processuum per litigantes pauperes, quibus ea conceduntor gratis, partisuè diuersæ procuratores sibi communicari aut desumi sinuntor. O.p.1.t.24

Publicatis attestationibus ad plures causas pertinentibus, rotulus in originali ad vnius causæ acta, ad alia singula exempla collata, sumptu partium deponuntor, seruantorque cum inscriptione, quâ in causâ, quibusq; actis ipsum authenticum contineatur. Vide conclusio: in primo §.9.10. dilationes probatoriæ §. 10. extraiudicialia §.5. R.66.

Audientia Iudicialis.

In audientiâ ordinariâ quatuor contumaciarum duo duntaxat Adsessores præter præsidem sunto. 56.

Post audientias quæ supersunt coram duobus deputatis proponuntor. O.p.1.t.14. & p.3.t.1.

70. Audientia ab horâ primâ vſque ad quintam æſtate, hyeme ad quartam, ferijs exceptis, quotidiana eſto.

Iudex & Adſeſſores in puncto primæ, in iudicio aſſidento, ante mediam primam in conclaui Senatus conueniunto, publicandas mox ſententias recitari audiunto: Si quæ ante primam lectæ non erunt, in proximam reijciuntor.

59. Si qua ex cauſa vltra horam quintam audientia extrahetur, adſeſſores fauoris expediendarum litium rationem habento.

75. Si cui funeri contingat totum collegium intereſſe, tamen ad horam quartam audientia protrahitor.

70. Audientijs Protonotarij Notarijuè adſunto, quando quæque ceperit, deſieritq; adnotanto.

Audientiarum Viciſſitudo.

O.p.3.t.2. Ordinariarum & extraordinariarum cauſarum audientia alternis diebus ſucceduntо. Protonotarij, quibus quoque die in cauſis agendum ſit, notanto, idq; poſt interrogationem circularem iudicis, palàm denuncianto. hæc viciſſitudo ſolum in præfixis & ordinarijs, non inprimis duabus interrogationibus, puta ſuper ſententijs & in nouis locum ſibi vindicanto.

Audientiæ fiſcales.

O.p.1.t.17 Cauſis contributionum ſingulis ſeptimanis duæ vel vna ſaltem audientia diebus Sabbathi ante vel poſt meridiem arbitrio deputatorum & rationalis deſtinator.

70. Fiſcales audientiæ diebus Sabbathi ab octaua ad decimam vſq; exercentor; ijſdem ſubmiſſiones expediuntor; moræ omnes fruſtrationesq; amputantor.

Audien-

Audientiæ fiscales æstate à septimâ, hyeme, ab octaua ad decimam vsque habentor, diligenterque frequentantor. 72.

Außträg Fürstlicher Personen vnter jhnen selbsten.

Qui suos habent ex arbitrio desumptos inter se iudices hos adeunto; ex cæteris actor aduersario petitionem suam in scriptis mittito, ius iudiciumque postulato. Ei reus intra quartam septimanam quatuor principes partim Ecclesiasticos, partim seculares diuersarum familiarum nominato. O.p.2.t.2.

Actor vnum in iudicem eligito, Electum reo rursum intra quatuor septimanas denuò per literas nuncupato. Ambo deinde intra dies, iudicem de recipienda causa, citandisque partibus interpellanto. Is ceu delegatus Cæsaris litem recipito, diem litigantibus dicito, in vna ex ciuitatibus suis, cum consiliarijs non suspectis, causam cognoscito, & ex iure dirimito.

Appellatio vtrique parti integra maneto.

Delegato principi ante iudicij exitum vita functo, ex reliquis is quem actor elegerit, succedito.

In his citra calumniam celeriter vtrinque proceditor: Reus, si ex præscripto nominationem alianè prætermiserit, coram Camera sine cunctatione conuenitor.

Außträg Fürstlicher Personen/ gegen die Prelaten/ Grauen/ Herren vnd Freyen vom Adell.

Actores

O.p.2.t.3. Actores principes ordinis sui iudicem non suspectum intra 12. miliaria reo vicinum obtinento, coram eo ex ordinationis, sub tit. seq. expresso præscripto procedunto, vel tres Principes neutrales, vltra 12. milliaria à se non remotos nominari postulanto. Ipsi vnum in iudicem eligunto.

Außträg der Prelaten/Grauen/Freyherrn/Herren/ der vom Adell vnd Stätt/ gegen Fürstliche Personen/etc.

O.p.2.t.4. Interpellati ab actoribus rei nouem ex consiliarijs suis partim nobilibus, partim ICtis, iudices danto; hi inuicem iusiurandum de rectè iudicando præstanto, ab alijs iuramentis omnibus tantisper relaxantor: coram his reconuentio locum non habeto.

Lis intra semestre vel ex iusto impedimento intra annum terminator, Actoribus hisque qui pro eis interuenient, (extra tamen fractæ pacis reos hostesuè publicos) commeatus liber præstator. Si cui modus iste minus placebit, is ex seqq. vnum deligito.

1. Coram nouem consiliarijs, vti dictum, reum si velit, conuenito, sic tamen vt in his nobiles sedeant ad minimum quinque.

2. Ex ijsdem septem vel quinque duntaxat, quos videbitur, iudices optato, ij vtroque casu rei sumptibus exhibentor.

3. Ex tribus à Reo nominandis principibus vnum legito.

4. Commissarium à Cæsare ad minimum ex prælatorum vel Comitum ordine impetrato.

5. Nouem viros bonos actor, totidem Consiliarios reus nomi-

nominato, ex illis posteà reus duos, ex his actor tres seligito. Hi quinq; Iudicium inter partes exercento.

Actor duos viros bonos, reus duos Consiliarios iudices statuunto; Hi quatuor, si neque consentient, neq; de partium voluntate superiorem sibi adiungent, Cæsar superiorem non suspectum ijs adijcito: is vel alterutram sententiam amplectitor, vel suam peculiarem proferto. 6.

Ex rei consiliarijs omnibus (excepto vno vel altero si quos Reus reseruatos volet) actor quinque deligito. Si numerus consiliariorum nec extabit, ex præsidum, officialium, vasallorum, aut Nobilium ordine suppletor. 7.

Reus nouem ex consiliarijs, & in his quinque minimum nobiles statuito, coram ijs hic ordo seruator. 8.

Scripta vtrinque quatuor, nec plura, interuallo quatuor septimanarum, eaque dupla proferuntor: tertijs causæ merita planè discutiuntor. Testes per Commissarium vtrinque approbatum examinantor, vel examinatorem quisque suum cum scribâ simul constituito. Scripta bina, alterũ probationum, exceptionis alterum, à quauis parte, intra quatuor septimanas à testium documentorumuè publicatione, nec plura exhibentor, tùm causa pro conclusa habetor. Iudices inuicem se rectè iudicaturos præsentibus partibus ritè iuranto, ab iuramentis contrarijs liberantor. Examinatores testium per iudices religione sacramenti constringuntor. His vltimis duobus modis reconuentio sileto, cæteris locum habeto.

Nouem consiliarijs de assensu partium acta ad vniuersitatem scholæ cuiuspiam pro concipiendâ sententiâ, dum eam suo posteà nomine pronuncient, mittere liceto. R.70.

Außtrag der Prelaten / Grauen / Herren vnd Freyen vom Adell vnter sich selbsten.

O.p.2.t.5. Reus tres principes, actori vltra duodecim milliaria non dissitos, requisitus nominato, actor vnum deligito, Si tamen actor mauelit, iudicem delegatum à Cæsare obtineto.

Außtrag in Sachen schlechter gemeiner Spolien.

O.p.2.t.8. A principibus viris spoliati, si ipsi eiusdem sint dignitatis, eosdem quos supra dictum, eo tamen quo sequitur moderamine adhibito, iudices habento: alij extra principes ex octo superioribus vijs vnam capessunto.

Rei requisiti sic iudicem ordinanto, vt intra mensem vel summum sex septimanas à die requisitionis citatio extrahi, ac ritè desuper procedi possit. Actores procuratores & Aduocatos si desint, ex subditis danto, à iureiurando subiectionis relaxanto.

Causæ spolij secundum iura summariè examinantor, intra annum finiuntor.

Si tres principes nominati, vnus electus fuerit, hunc intra quatuordecim dies, vt iudicis munere fungatur, rei requirunto.

Is, vel quem Cæsar commissarium dederit, actori intra mensem citationem decernito, litem intra annum finito.

Ab alijs extra principes spoliati, eorum Iudices ex ordinatione adeunto, his celeriter denunciianto, causa intra annum finitor, vel ad Cameram deuoluitor.

Banni-

Banniti.

Pacifragi ipſo iure ipſoque facto in bannum Imperialem incidunto: Eos Cæſar, Cameráue, petente parte, vel fiſcali, vel ex officio, denunciationibus, declarationibus, & executionibus huius aliarumque pœnarum ſeueriſſimè perſequuntor. Hoc modo bannitorum res perſonæq; omnium offenſioni expoſitæ ſunto. Iuribus & actionibus excidunto, feuda dominis directis committuntor, nec quoad viuent ipſis heredibuſuè eorum feuda conceduntor. O.p.2.t.8

Fructus tamen deductis expenſis, actori, arbitrio Cameræ, tantiſper donec ſoluatur bannus, reſtituuntor.

In bannum declaratos nemo recipito, nemo cibum, nemo potum ratione vlla ſubminiſtrato, omnes auerſantor, deteſtantor, perſequuntor. O.p.2.t.10

Banni declaratio.

Auocatorijs mandatis non parentes ad celerem fiſcalis perſecutionem in pœnas fractæ pacis incidiſſe declarantor. O.p.2.t.9.

Ad iurandum citati, ſi in iurando comparendóue contumaces fuerint, pro conuictis habentor: ad videndum ſe incidiſſe in bannum inſtante fiſcali citantor, citra probationem vlteriorem (niſi ipſi innocentiam ſuam docere parati ſint) in pœnas conſtitutionis pacis publicæ condemnantor, declarantorque, in bannum ipſo iure incidunto, & per ſententiam declarantor. O.p.2.t.10.

Ad bannum acturus contra contumacem, eum demum ad videndum citari curato, quo emanente tribus Iuridi- O.p.3.t.48

cis (hodie ſex) effluxis, banni declaratio conſequitor.
O.p.3.tit. 48. Executorialibus arctioribus, ſi nec paritum nec iuſtè exceptum fuerit, ad declarationem banni, ſaluâ pœnâ executorialium ſimplicium, deuenitor.
73. Declarationes bannorum præſentibus omnibus, tum præſidibus, tum Adſeſſoribus, more maiorum, ſub dio celebrantor, publicantorque.
77. Eos procuratores cuncti, officij cauſâ ad locum deſtinatum ſequuntor.

Banni exequutio.

O.p.2.tit. 19. In bona, ex cauſâ debiti, contumaciæ, aliâue extra pacem fractam bannitorum, actores à Camerâ, cauſâ cognitâ, immittuntor, miſſionem ſtatus ne impediunto, ſed exequuntor, feudalium rerum fructus deductis expenſis, quo ad bannus conſtabit, actori permittuntor.

De bannis ex cauſâ fractæ pacis.

In bona banniti deſignata, victor in Camerâ immittitor: Si cui inferiori magiſtratui ſubeſſe dicetur, ei banni executio demandator. Magiſtratus vel banniti, vel loci, vbi eius res ſitæ ſunt, bona victori iuſſus permittito, eumque in poſſeſſione tuetor, feudorum fructus eidem, quoad conſtiterit bannus, dominus, deductis ante ſumptibus, reſtituito, conceditoque. Idem Magiſtratus exequi iuſſus, vti dictum, de voluntate ſuâ Cameram intra menſem doceto, cauſæ excuſationum iuſtæ admittuntor, ac tum circuli eius præfectus â victore imploratus, executionem armatâ manu ſuſcipito.

Si contra exterum ab imperio executio parabitur, prius omnes Imperij ſubiecti edicto publicato ab illius loci con-

ci conuersatione commercioque intra certum diem auocantor, idque in sententijs iam latis obtineto.

Contra bannitos ex quauis causa Camera executionem banni magistratui eorum (si cui suberunt) sub graui pœnâ pecuniariâ, eoque cessante circuli illius præfecto iniungito: in non parentem magistratum, instante parte, vel fiscali, ad pœnam procedito, executionem suis sumptibus iussi faciunto, victori rem cum expensis restituunto: quod reliquum est ipsi pro sumptibus executionis retinento, absoluto à banno imputanto. O.p.3.tit. 49.

Excusatio nisi eo casu, quo Vniuersitatis, vel priuati alicuius banniti res validiores erunt, quàm vt sine detrimento in ordinem cogi possint, nulla admittitor. Sin de istis talibus, deuè Imperij statibus subditisuè extra Imperij fines domicilium habentibus agetur, Executio cuiusdam vicini circuli præfecto imponitor. Is duos alios proximiores circulorum præfectos eorumuè arbitrio duos alios ad huc, deliberationi de auxilij modo adhibeto: qui omnes si se tantæ rei impares putabunt, rem ad deputatorum ordines referunto.

Executione factâ, victori vigore sententiæ cum expensis & pœnarum contingente parte satisfacito: executionis sumptuum pars nulla imputator.

Reliqua banniti bona omnia executores possidento, ijsque liberè fruuntor, donec bannitus absolutus sumptus omnes cum pœnis refundat. Sin ea vel nulla vel parua post executionem supersint, sumtus contributione factâ, ab omnibus circulis æqualiter sarciuntor, contumaces in soluendo fiscalis in Camera persequitor. Si circulus vnus pluresuè omnesuè executionem detrectabunt, res ad Cæsarem per Cameram defertor, is cætera prouideto.

Bannus Ecclesiasticus.

O.p.3.tit. 48. Si circulo vni pluribusuè aut deputatorum ordinum conuentus Cæsariuè videatur, bannum etiam Ecclesiasticum adhibendum, idque pars petat, Cæsar eius executionem apud Papam ex bulla Raymundi per iudicem & adsessores Ecclesiasticos celebrandam obtineto.

Banni absolutio.

O.p.2.t.18 Banniti, nisi de aduersariorum voluntate, ne restituuntor, inter quos si de transactionis, legibus non conueniat, Cæsar Cameráue de conditionibus placandi aduersarij & fisci cognoscunto: ijs si paruerint banniti, absoluuntor: de bonis feudisque eorum ius commune & constitutio seruator.

In causis fractæ pacis atrocioribus, inscio Cæsare, Camera ad absolutionem ne properato.

O.p.3.tit. 46. Contumace bannito, res voluntate partium iudicisuè arbitrio componitor, tumque is præter fructus omnia eo statu quo fuerant ablata recipito, ab impetitione fisci, nisi ei quoq; in pœnam condemnatus sit, liber esto.

R.67.§2. Banni vel priuationis pœnam in mulctam pecuniariam conuertendi Camera potestatem habeto.

Berichts erholung.

Seu

Informationis seu facti instructionis requisitio.

55. Vide mandata sine clausula §. 4. & relaxatio iuram. §. 1. In literis super informatione seu facti instructione Magistratui certus terminus præfigitur, cum comminatione, quòd

quòd, eâ intra diem dictum non missâ, ad vlteriorem instantiam petitæ relaxationis, decernetur id quod iuris est.

Bescheidt Rhat.

Vide submissi exped. §. 3. 13. 16. 19. penult. Protocolla §. 3. 4. 5. vlt. resolutiones dub. §. vlt.

Botten Büchß.

Nuncij pedestres acceptam vltrò vel â partibus procuratoribusuè der Käyserlichen Majestet Büchß ne appendunto: Si fecerint, alijs in exemplum puniuntor. In priuatis tamen negotijs obeundis, eandem â nunciorum magistro partes procuratoresuè petunto, impetrantoque, ac post nuncij reditum sine morâ restituunto. O.p.1.t.35

Cæsaris in Imperio munus.

Ad annuas semper Cameræ visitationes Cæsar suos commissarios ablegato. O.p.1.t.50

Syndicatus reuisionesque petitæ Cæsari & eius anni visitatoribus per Moguntinum denunciantor, ij commissarios consiliariosque suos peritos reuidendis actis mittunto. O.p.3.t.53

Translatione Cameræ conclusa Cæsari denunciator, eoque approbante etiam Moguntino significator. 70.

Quæ in Cameræ ordinatione visitatores emendanda putabunt, ad Cæsarem in Comitijs proponenda deferunto. 76.

Vide reliqua sub verbo Deputation Tag §. 1. & 5. Banni executio §. vlt. & verb. bannus Ecclesiasticus.

Cæsa-

Cæſaris cum Camerâ concurſus.

O.p.2.t.9. Violatores pacis publicæ, vel Cæſar vel Camera denunciationibus, declarationibus, & executionibus ſeueriſſimè perſequitor.

Mandata etiam auocatoria alteruter decernito, porroq; procedito.

O.p.2.t.10. Idem vtriusq; in proceſſu purgationis aduerſus fractæ pacis publ. ſuſpectos concurſus eſto.

tit.12. Itemque aduerſus Receptatores bonorum bannitorum.

Ord.p.2. tit.13. Item, aduerſus Ganerben/ſocios bannitos in communionem admittentes.

Ord.p.2.t.14. Item aduerſus alienos ſubditos rebelles & minas ſpirantes contra magiſtratum ſuſcipientes.

tit.18. De conditionibus & abſolutionibus inter bannitum & aduerſarium eius, vterque cognoſcendi poteſtatem habeto.

O.p.1.t.26 Omnes perſonæ Cancellariæ Cæſari eiusq; vice Collegio Cameræ iureiurando deuinciuntor.

O.p.2.t.35 Cæſar curſum Iudicij Cameræ nullo prætextu interpellato turbatouè, quæ contra fient, irrita & ipſo iure nulla ſunto.

Cæſari Reſeruata.

O.p.1.t.16 Cauſæ fiſcales propter Ducatus, Comitatus, territoria, vrbes & arces, ſine authoritate Cæſaris ſpeciali, vel Regis Romanorum ne ventilantor.

Fiſcales reditus, qui expenſis fiſcalibus extraordinarijſque neceſſitatibus vnius anni ſupererunt, arbitrio Cæſaris cedunto.

O.p.2.t.7. Si de Ducatibus, Comitatibus, imperij feudis, litigabi-

gabitur, Cæsar iudex esto, extra Imperij Germanici fines litem ne pertrahito.

In causis fractæ pacis atrocioribus inscio Cæsare Camera ne quem à banno absoluito. O.p.2.t.18

Contra non subditos Imperio & eius finibus non compræhensos sine Cæsaris voluntate in Camerá processus dehinc nulli decernuntor. O.p.3.t.48

Vide officium Cameralium in genere. §. pen. Iuramenta visitatorum. §.1.

Si in reuisione corruptio dolusuè malus detegetur, victori receptâ pecuniâ Syndicatus etiam via pateto contra nocentes: Iudices à Cæsare nihilosecius eo nomine puniuntor. O.p.3.t.53

Camerales.

Vide immunitas, Iuramentum, officium, pœna Cameralium.

Cameræ Iurisdictio.

Vide Iurisdictio Cameræ.

Cameræ sedes & translatio.

Camera Spiræ fixam sedem habeto, inde nisi volente Cæsare, & Imperij ordinibus ex magnâ causâ ne transfertor. Si tamen pestis belliuè vis ingruat, Iudex & Adsessores, secedendi in locum tutiorem, dum periculi causa cesset, licentiam habento, ac posteà ad locum solitum reuertuntor. O.p.1.t.34

In deliberandâ translatione Cameræ Iudex & Adsessores consilio procuratorum Aduocatorumque vtuntor. 56.

Ex locis contagiosis aduentantes in Cameram ne recipiuntor, sed nec admittuntor in vrbem. 65.

R.70. Cameræ translatio conclusa Cæsari denunciator, eoque approbante, & Moguntino significator; is de actis rectè transuehendis impensis ordinum Imperij curam suscipito: Si ob pestem secessio fiat, acta necessaria tantum transuehuntor, reliqua Spiræ in custodiâ vrbis relinquuntor. Sin ob bellum, & in itinere pericula imminere putabuntur, idem ius esto. Si nihil in viâ suberit discriminis, omnia acta cum Camera transferuntor.

Cameræ Visitatio.

Vide visitatio Cameræ.

Cameræ Vnterhaltung. Seu Sustentatio.

O.p.1.t.42 Camera sumptu & contributione Imperij, ex consensu eorundem sustentator: ipsi interim de alijs modis Cæsari sibiuè non onerosis cogitanto.

Extra personarum Salaria cæteræ Cameræ necessitates ex fisci reditibus depromantor.

O.p.1.t.41 Pecunia sustentandæ Cameræ duabus quotannis pensionibus, circa nundinas Francofurtenses conferenda, Senatui Augustano, Norico, vel Francofurtensi, Quæstoriuè per status soluitor, hi recipiunto, & apochas eo nomine conficiunto, accepta trium Senatuum Quæstori pariter sub apochis restituuntor. Eam pecuniam quæstor, cum documentis, in arcam à Iudice & Adsessoribus custoditam inferto, vsq; ad salariorum exolutionem, ipsas claues solus teneto. Vide documenta §. 3.

31. Eandem à locis solutioni destinatis quàm minimo ad se sumptu transferto, per trimestria in salaria erogato in

ea specie in qua ipse receperit, & documentum designationemuè exhibuerit.

Die Legstette/ seu vrbes solutionum, sexies in anno, quid quantumq; contributionum nomine acceperint, interuallis duorum mensium significanto. Si nihil significabitur, nihil acceptum censetor. R. 57.

Pecuniam à quæstore arcæ illatam vel inde captam lectores, quorum in custodia arca est, diligenter consignanto. Et quæ moneta quoque precio soluta sit adijciunto, quoque sacculo species quæque contineatur vnà cum anno, mense & die tam illationis quàm ablationis. V. 59.

Apochas solutarum contributionũ, Collegium donec cum pecunia simul arcæ includantur, penes se detineto. M. 59.

Quæstori petenti exempla earundem nulla edito. 72.

Hæ contributiones moneta æstimationeque in imperio approbatis præstantor. Vide officium fiscalis & quæstoris. Vide: visitatio Cameræ. 5.12.

Cantzley Geldt.

De sportulis Cancellariæ.

Citatio simplex $1\frac{1}{4}$ fl. cum inhibitione inserta $2\frac{1}{4}$ fl. compulsoriales $2\frac{1}{4}$ fl. mandata $3\frac{1}{4}$ fl. cum citatione inserta $4\frac{1}{4}$ fl. Commissio pro examinandis testibus $6\frac{1}{4}$ fl. æstimator. Reliquæ mandatoriæ aliæuè literæ à præfecto Cancellariæ ex bono & æquo æstimantor, nemo prægrauator. O.p.1.t.32

Victrix pars adiudicatis expensis, si sententiæ documentum non petat, sola, expensis verò compensatis, cum aduersario simul nomine laborum Cancellariæ, arbitrio præfecti tanquam viri boni (idq; ante moderatas in Cam. expensas executorialesuè concessas) satisfacito.

M. 56. Controuersiam hinc natam Camera decidito, sumptusque moderator.

Processibus nouis post proclama decretis, & ex prioribus tantum exscribendis præfectus non plus in singula folia quàm 5. Cruzeros exigi permittito.

Edictorum publicorum exempla, ne tanti quanti ipsa originalia, æstimantor.

Sententiarum decretorumque publicorum exempla gratis desumi sinuntor.

Articuli seorsim in commissionibus, quibus inseruntur, ne taxantor.

Documentis sententiarum obtentis laborum nomine ne quid amplius exigitor.

57. Merces descriptorum ne nimia, sed in ritè perscripta folia batzius esto.

R. 66. Pro collationibus in singula folia 4. Kreutzer.

Quotannis pro insinuatione priuilegij flor. aureus penditor.

Notario causarum fiscalium in singula folia pro collatione 4. Kreutzer soluuntor.

Cantzley Gelds exceptio.

M. 56. Pendente lite laborum Cancellariæ taxa ne exigitor, ad finem litis reseruator.

57. Debita Cancellariæ per monitoriales exiguntor.

57. Cancellariæ debitum taxamuè vnà cum salarijs suis procuratores vel amicabiliter, vel per monitoria, aliauè remedia Iuris à partibus exigunto, eandem apud partes vrgento, diligentiæ documenta ad petitionem præfecti exhibento, vel puniuntor.

Monitorijs à procuratoribus contra partes impetratis, Cancel-

Cancellariæ debita inferuntor, & à procuratoribus cum suis simul recipiuntor.

Hi quod ita receperint sine morâ Cancellariæ restituunto, aut arbitrariè puniuntor. O.p.1.t.24

Eoque nomine plus æquo nec accipiunto, nec partibus expensum ferunto. M. 56.

Pecuniam acceptam viliore monetâ ne mutanto. 59.

Cantzley Knecht.

Vide officium eius.

Causæ ordinariæ.

Omnes causæ quæ intra extraordinarias nominatim non recensentur, ordinariæ sunto: & in audientia ordinariarum proponuntor. O.p.3.t.4.

Nec stationis suæ nec causarum ordinariarum & extraordinariarum ordinem quisq; sub pœnâ turbato, præoccupatouè. Vide, audientiarum vicissitudo.

Causæ extraordinariæ.

Extraordinariæ causæ hæ sunto: Incompetentiæ, deuolutionis, pœnæ compulsorialium, attentatorum, & inhibitionum, fractæ pacis, spolij, periculi rei interitus lite pendente, periculi moræ, si contra rotulum examinis productum ante publicationem agatur, Secundæ vel tertiæ dilationis probatoriæ petitio, taxationis expensarum, alimentorum, liquidationum, & executionum, mandatorum pœnalium, litigiosæ possessionis, L. diffamari, relaxationis Iuramenti ad effectum agendi, nullitatum processus sententiarumuè, petitionis administrationisuè

tutorum vel curatorum, sequestrationis rei in Camera non litigiosæ, interpositionis decreti, insinuationis donationum, confirmationis dotium, exemplationis priuilegiorum, missionis ex primo decreto, missionis ex edicto D. Adriani, itemq; si mulier Ventris nomine in possessionem mittatur, noui operis nunciationis, cautiones damni infecti, tem appellationum ex suprascriptis causis.

O.p.3.t.34 Si nullitas principaliter proponatur, pro modo extraordinariorum simplicis querelæ peragitor.

57. Procuratores non minus in extraordinarijs causis quàm ordinarijs æqualitatē & temporis ordinē seruanto.

Cautio.

O.p.3.t.49 Si extraneus ab Imperio eidem subditum in Camera conueniat, is in imperio, ne extra fines eius quærenda sit executio, idoneè satisdato.

O.p.1 t.21. Procuratores citra mandatum sufficiens vel de rato cautionem nulli causæ se immiscento.

C.90. Pignore ex mandato recepto, pignoratus id, si in citationis puncto succumbat, in eadem causa victori restituturum caueto.

Cautionis nomine in constitutione arrestorum an generalis omnium bonorum hypotheca, admittenda videatur, iudicantis arbitrium esto.

Captiuus ad mandatum ex tit. 23. p. 2. Ord. Obtentum relaxandus ad promissionē de se iterum sistendo (etsi in pignoris causa aliter constitutum sit) ne tenetor.

Cum de captiuo agi aliudue periculum subesse dicetur, de rato cautio loco mandati locum ne habeto, sed in contumaciam principali puncto deciso, tum demum in reliquis admittitor.

Antę citationem ad cautionem se offerens procurator

tor breue tempus impetrato, intra quod nisi se legitimet, pœnam duorum flor. maiorem, & emanatæ simul ad reassumendum citationis expensas sustineto.

Vide, actorum editio §. 2. & mandata sine clausula §. 12. Itemq; von Arresten §. 1. & supplicationũ exhibitio §. 3.

Citatio.

In citationibus causæ earum, quò paratus comparere reus possit, exprimuntor. Si plures citentur, vna omnibus ad comparendum certa dies præfigitor, totidemque nuncio exempla cum originali reproducendo exequenda traduntor. O.p.3.t.10

Sententiâ in defunctum, post conclusionem in causâ, eiusuè procuratorem latâ, in executionis tamen puncto ipse principalis hæredesuè eius citantor, Vide, processus decernendi & processuum expeditio & absolutio à citatione per tot. & verb. Iurisd. Camer. §. 2. 78.

Citatio ad Reassumendum.

Procuratore parteuè altera ante litis contestationem defunctis, procurator alter citationem ad reassumendum producens titulum rectè inscribito. 75.

Procuratore parteuè altera post conclusionem causæ mortuis, sententia etiam sine citatione ad reassumendum profertor. 78.

Procuratore verò vtroque licet post conclusionem morte absumto, aliud iuris esto. C.90.

Citatio ad videndum.

Vide bani declaratio §. 2. & 6. mandata sine clausula §. 2. 8. hique auff Pfandung § 1.

Clausulæ Decretorum.

Vide processus decernendi §. commissionis petitio §. pen. Feriæ §. 3. Clau-

Clausulæ Iustificatoriæ.

Vide mandata cum clausula.

Clausula salutaris.

R. 57. Clausula salutaris nullam omninò deinceps vim in supplicationibus nullumque effectum habeto.

Commeatus litigantium.

O.p.2.t.4. §.1. Conuenti coram consiliarijs, actoribus, hisque qui pro ijs interuenient, extra tamen pacis pub. violatores, aut capitales principis conuenti hostes, vt in iudicium veniant, in eo consistant, & securè ab eo recedere possint, commeatum seu saluum suum conductum sine dolo impartiuntor.

O.p.2.t.10 Citatis ad purgandum, vnà cum citatione per saluum conductum nomine Cæsareæ Maiestatis, & sacri imperij, tàm ipsis quàm omnibus ijs, qui cum ipsis in iudicium venient, vt securè veniant, ibi consistant, & in locum sibi tutum recedant, cauetor.

Comminationes.

O.p.2.t.25 Processibus ex L. diffamari obtentis, diffamatione probatâ, diffamanti terminus ad agendum in Camerâ, vel foro competenti cum comminatione silentij perpetui præfigitor.

64. Litis contestatione reo per interlocutoriam iniunctâ, comminatio eius in contumaciam pro contestatâ habendæ adnectitor.

78. In puncto responsionum comminatio confessatorum semper adhibetor.

C.76. Paritione in primo termino non doctâ, nec exhibitis tamen exceptionib9, cõminatio euentualis subiungitor.

In

In processu mandatorum cum clausulâ actor, cuius contumacia ob non productum ante omnia libellum accusabitur, sub comminatione vtrâque tàm cassationis mandati, quàm absolutionis à citatione libellare porrò iubetor. C.76.

Negatâ per decretum prorogatione vlteriore comminatio nulla adijcitor. Sed quæ primi termini concessioni vel expressè annexa vel tacitè comprehensa fuit, repetita censetor. In puncto exceptionis contra responsiones solæ conclusionis in primo termino comminatio locum habeto. In puncto Gegenhandlung auff Probation / oder Exception Schrifft / post publicatas attestationes non conclusionis in causâ, sed præclusionis viæ comminatio adijcitor. C.13.

Commissarijs pluribus iustè recusatis, si ex his vnus tamen idoneus putabitur, in rectè recusatorum locum alij cum comminatione vnius illius deputandi nominari iubentor, nec tamen id passim, sed regulariter solus ille rectè in Commissarium ordinator. C.91.

Vide procurator. mandata generalia §. vlt. vide Berichts erholung. §. vlt. vide terminorum præiudicium.

Commissarij.

Commissarius nemo nisi idoneus & industrius constituitor. O.p.3.t.16

Cameræ procuratores præsertim occupatiores commissariorum vice ne funguntor.

Commissarij, qui petenti subiectione, ministerióue, alióue modo, qui suspicionem inducere possit, iuncti sint, ne creantor. 78.

Examine ad rei memoriam peracto commissarius ne- 89.

tarij vtriusque Protocollum vnà cum rotulo obsignatum ad Cam. transmittito. Vide, appellationis dilatio §.vlt.

Absentia Cam. §.vlt. & supra t. prox. §.vlt. de officio adsessorum §.1. taxatio laborum per tot.

Contra Commissarios exceptio.

V.57. Contra nominatos Commissarios verbaliter excipitor.

M.62. Si contra Commissarios exceptiones minus releuantes opponuntur, non temerè, ijs repulsis, remotiores subrogantor.

C.59. Contra commissarios ne in genere, coniunctos esse petenti, nisi in continenti probetur, sub ordinationis pœnâ excipitor.

B.55. Commissarij & commissiones coram deputatis verbaliter petuntor, nomina simul in cartâ designata exhibentor, itemq; contra eos in scriptis excipitor.

Commissionis petitio admissioque.

V.62. Commissionem petentes, quo in puncto, & quibus articulis petant, exprimunto.

M.78. Commissiones in meliori seu optimâ formâ petentes causas iustas alleganto: aliter non obtinento, probatoriorum transumptione in productis obtentâ eorum designatio Cancellariæ ad protocollum registranda exhibetor.

V.79. In petendâ commissione ad futuram rei memoriam commissarios petenti, nec ministerio, consilio, iuramento, homagio, subiectione, clientelâ, aut aliter deuinctos esse perspicuè narrator, tum periculo partis admittuntor, & commissio, si aliud nihil obstet, decernitor.

M.24. Commissio ne in nouis verbaliter, sed in scriptis vnà

vnà cum alijs proceſſus punctis, vel coram deputatis petitor.

Commiſſiones pro futurâ memoriâ pendente lite coram deputatis in ſcriptis poſtulantor, audito deſuper aduerſario, eique ob id ad ſummum quatuor ſeptimanis ſine prorogatione vlteriore indultis, celerrimeque ob allegatum periculum moræ decernuntor. M. 11.

Commiſſiones ad rei memoriam indiſtinctè, ſiue nata ſiue naſcitura ſit actio, petenti decernuntor. Con

Clauſula tranſumere ſcripturas ſeu documenta ſcripta commiſſionibus in communi formâ conceptis (cum eis tantum conueniat quæ ſint in forma optima ſeu meliori) dehinc ne inſeritor. In decernendis commiſſionibus in contumaciam, Notarij adiunctio contumaci nulla reſeruator.

Vide, ſententiæ publicatio.

Commiſſionum forma.

Commiſſarij in commiſſionibus aduerſario tempus idoneum præſtituere, nomina teſtium mittere, teſtes ſuper articulis & interrogatorijs diligenter examinare, eorumque dicta vſque ad publicationem arcana habere iubentor. Examine ad rei memoriam peracto, Commiſſarius notarij vtriusque protocollum vnà cum Rotulo obſignatum ad Cameram tranſmittito, idque ita in commiſſionibus in cancellariâ inſeritor.

Comparitio citationum.

Vide term. quando obeundi per tot. in contumac, Proceſs. §. 1. Handlung erſten Termins §. 1.

Compromissa.

62. Compromissis alijsuè causis extraordinarijs recipiendis ordinariæ ne impediuntor.

77. Causas extraordinarias & compromissas ordinariarum à prandio vel in ferijs assessores referunto. Sportulas non nisi sententiâ definitiuâ conceptâ inter se ne partiuntor.

Compulsoriales.

O.p.1.t.41 Antequam pauperibus, appellatione interpositâ, processus decernantur, compulsoriales ad iudicem inferiorem pro edendis gratis actis, saluâ receptione, si ad pinguiorem fortunam peruenerint, mittuntor.

O.p.2.t.31 Compulsoriales cum citatione simul petenti decernuntor, vel in primo saltem termino præcise extrahuntor.

Compulsorialibus non parentes, pœnæ nomine, à parte vel fiscali in Camera conueniuntor, condemnantorq́;: Sed & damna inde nata appellantibus sarcire arbitrio Cameræ coguntor.

O.p.3.t.31 Si requisitus, compulsorialibus spretis, iudex acta non edat, ad pœnam compulsorialium agere appellanti liceto: idemq́; in extraordinarijs processus seruator.

Conclusio in causâ.

O.p.3.t.23 Reo verbaliter concludente actor confestim etiam concludito; si in scriptis ille concluserit, sex dies ad concludendum viuâ voce habeto, tum quoque reus nisi id ante factum, vel è vestigio vel ad proximam idem præstato. Cui per decretum conclusio iniungetur, is in continenti pareto.

Con-

Conclusiones verbis ijsque paucis proponuntor, sine repetitione priorum.

Quoties noui nihil prolatum erit, alterutri verbótenus concludere & aduersarium eidem necessitati subijcere, nisi ex causis nouis iuramento probatis, liberum integrumque esto.

Extra hunc casum nemini aduersarium ad conclusionem præcipitem adigere liceto.

Neuter procuratorum sine mandato sufficienti definitiuè concludere præsumito.

Si quis post conclusionem quid proponat, conclusionem factam ne reticeto, sed disertè semper exprimito.

Litis contestationi appellans conclusionem, si velit, loco petitionis termini adnectito.

Si in appellationum causis neutri sit animus vel noua deducere, vel probare vetera, vterque suo termino vel verbo vel scripto concludito, nec vlterius posteà auditor.

Quibus casibus sine termino ad proximam viuâ voce 70. concludendi necessitatem ordinatio imponit, eâ parte salua integraque esto.

Procuratores, si quid ad causam pertinens habeant, 71. id in scriptis, datâ aduersario ea, quæ contra proponere necesse habet, proponendi potestate, proferunto, nec sine meritis causæ rectè discussis verbaliter concludunto.

Concludente vno viuâ voce, alter sine vlteriori allegatione admittendâ ad proximam in nouis pariter in causa concludito. C.45.

Conclusiones quando faciendæ, in quibus punctis.

Post excusationem contumaciæ in scriptis exhibitam O.p.3.t.30.

bitam sine vlteriore scripto concluditor.

O.p.3.t.15 In puncto exceptionum contra articulos ne duplicator: Sed ad replicas vtrinque confestim concludendi necessitas esto.

In punctis responsionum, in specie expressis causis, & in continenti, vel proximá vel sequenti Iuridicá excipitor, ac sine replicatione submittitor.

C.35. In puncto responsionum nec replicator, nec ad proximam tempus indulgetor, sed ilicò submittitor.

O.p.3.t.26 In puncto exceptionum dilatoriarum, vel in earum vim peremptoriarum vltra duplicas ne proceditor, nec scripta plura admittuntor, sed eodem vel proximo termino concluduntor.

O.p.3.t.29 In puncto exceptionum peremptoriarum cum triplicatione simul in scriptis concluditor. post vterq; sine scripto vlteriore viuâ voce submittunto.

O.p.3.t.48 In puncto actionis executorialium si excipiatur, replicationi ad proximam tempus indulgetor, nec porrò nisi ex magnâ causâ decreto approbatá vel proceditor, vel tempus dator.

M.72. In puncto except. contra executoriales simplices ne temerè contra agere in specie aduersario imponitor, sed iudicati meritis cum exceptionibus rectè perpensis, an exceptiones istæ admittendæ videantur, statuitor.

R.70. Publicatis attestationibus duo vtrinque scripta nec plura producuntor, & sic in hoc puncto concluditor.

C.90. Post publicatas attestationes primo termino actor probationes & omnia sua iura producito, sequenti reus quoque suas defensiones cunctas exhibeto: post deinde replicis, hinc duplicis prolatis, simpliciter vtrinq; viuâ voce

voce concluditor. In reconuentionum causis stylo veteri insistitor.

In mandatis sine clausulâ contra exceptiones replicandi quidem terminus, sed breuis, quoad fieri potest, conceditor, sed posteà nullum amplius scriptum admittitor. M. 56.

Vide, contumac. excus. §. 1. Ad exceptiones contra mandata sine clausulâ procurator arbitratu suo vel tempus postulato, vel per generalia illicò submittito. C. 55.

Conclusio in scriptis.

Conclusionibus scriptis noui nihil, nisi quod antea latuisse, & nunc primum peruenisse in notitiam iurabitur, aspergitor. Vide, Handlung in Schrifften §. vlt. O. p. 3. t. 21

Eadem reo, nisi viuâ voce concludere malet dicta lex esto. Concludere per decretum iussus, nî confestim pareat, pro conclusâ causa habetor. O. p. 3. t. 23

Si ad verbalem vnius conclusionem alter iuxta ordinem non in continenti vel ad proximam pari modo concludat, causa pro conclusâ habetor, per lectores pro conclusâ notator, atque acta in Cancellariâ complentor. 75.

Articulos litis seu punctos ipso iure conclusos Adsessores ne retractari vel eludi sinunto, quin id conantes procuratores puniunto, & causas ad referendum dandas lectoribus restituunto.

Conclusionis Rescissio.

Si quid post conclusionem incidet noui quod asserentis iureiurando affirmari possit latuisse ante, rescissio conclusionis postulator, & quod æquum erit, statuitor, Vide contumac. admiss. §. 1. in fin. O. p. 3. t. 29

Con-

Confeſſio Auguſtana.

O.p.1.t.51 Auguſtanæ confeſſionis ſtatus cum alijs ſimul ad annuas Cameræ viſitationes admittuntor. Vide Adſeſſorum qualitates. §. vlt. de procuratorum coopt.

Conſortes pauperum.

Vide litigantes pauperes.

Conteſtatio litis.

O.p.3.t.6. Litem conteſtari, concludere, aliudue agere iuſſi vel è veſtigio, vel pòſt in præfixis, parento:

O.p.3.t.18 Litis conteſtatio paucis verbis & ſimpliciter puta nego narrata, peto ab actione abſolui, refuſis expenſis & damnis &c. etſi non adijciatur animo litis conteſtandi id fieri, peragitor: At affirmatiuè his ferè verbis: Repeto articulos & libellum & peto admitti ad vlteriora, concipitor.

O.p.3.t.36 Ante litis conteſtationem merita cauſæ fruſtra ne diſputantor, ad rem pertinentia allegantor.

O.p.3.t.32 In appellationum etiam cauſis, conciſa & conſpicua litis conteſtatio eſto, eique appellans concluſionem, ſi velit, loco petitionis termini ſubijcito.

R.70. Exceptionibus contra deuolutionem formaliauè appellationis in euentum litis conteſtatio ſemper adnectitor. Vide attentata §. 4. terminorum præiudicium §. Handlung zweiten Termins. Vide contumac. proceſ. contra act. §. 3.4. & contra reum §. 6.

Continentia cauſæ.

C.81. Rebus controuerſis ſub diuerſis territorijs ſitis, actio ſiue

siue personalis siue realis ex causæ continentiâ rectâ ad Cam. pertineto.

Actio in dominum simul eiusque subditum tanquam correos intentata ad Cam. ex continentiâ causæ pertineto. si plures immediatè imperio subiecti vnâ actione conueniantur, causæ continentia iurisdictionem Cameræ fundato.

Contributiones.

Vide Cameræ Vnterhaltung/ per tot. de officio fiscalis, de officio quæstoris, fiscales causæ §. 2.

Contumaciæ processus contra actorem vel appellantem.

Actore in primo termino non comparente, Reus proclama petito, & in contumaciam procedito. O.p.3.t.12

Proclamate facto, & lapsis tribus, hodie sex, iuridicis ab instantiâ seu citatione cum refusione expensarum implorans liberator. O.p.3.t.42

Si post comparitionem, libellique oblationem, ante tamen litis contestationem actor contumaciter emaneat, proclamate facto, & legitimis effluxis iuridicis, reo liberum esto, vel ab obseruatione iudicis citationeuè liberari, vel contestari litem, & merita causæ deducere, eo fine, vt ab actione quoque absoluator.

Sin post litem contestatam abfuerit actor, tum verò instante reo lis principalis suo marte decurrito, dirimitorque.

Idem contra appellantem contumacem processus seruator: Si tamen appellatus velit, libello proposito appellationem persequitor. Sed prius fundandæ iurisdictioni O.p.3.tit. 44.

H forma-

formalia appellationis iustificato, actaque producito, deinde si quid vlterius deducere velit, eodem processu qui aduersus contumacem reum tit. sequenti præscribitur, vtitor.

Si nihil noui producturus sit simpliciter ad acta priora concludito, nisi malit Iudex vel ad proximam contumacem præstolari, vel aliud quiddam decernere. Vide, absolutio à citatione §. vlt.

Contumaciæ processus contra reum vel appellatum.

O.p.3.t.12 Si in primo termino citatus non compareat actor proclamate petito in contumaciam procedito.

O.p.3.tit. 43. Proclamate facto post iustas Iuridicas vel ad bannum vel missionem ex primo decreto, pro causæ qualitate procedito, vel causam principalem ad finem vsque persequitor.

Ad bannum acturus contumacem denuò ad videndum citari curato, quo emanente iuridicisq; effluxis banni declaratio sequitor, in banniti bona designata actor à Camera immittitor, nec quisquam impedimento, omnes auxilio sunto.

Eidem feudorum fructus dominus, deductis sumptibus, quoad constabit bannus, permittito. Si in causâ principali actor procedere malit, eo petente lis pro contestatâ habetor, & vel ad articulandum terminus ad proximam indulgetor, vel articulis in continenti reproductis & accusatâ contumaciâ tempus probandi postulator: ex causâ tamen Iudex id ad proximam fieri iubeto. Quod si deliberatione habitâ articulos admittendos Iudex censuerit, dilationem ad probandum concedito, probatio-

bationes aliaque documenta actoris recipito, examinato, & de causa sententiam proferto. Actor tamen, etsi succumbat, expensas ne soluito, quin ipse hoc casu contumax, non tamen nisi sub iudicij finem, in expensis condemnator.

Contra appellatum contumacem appellans in eligendâ vnâ ex tribus vijs iure actoris vtitor: circa formalia tamen aliaque obseruanda eadem quæ supra cap. prox. de appellato sancita sunt, præstato. O.p.3.t.41

Proclamate facto in contumaciam, nisi sex Iuridicis effluxis, non proceditor. 74.

Tutoribus curatoribusq; citatis nec comparentibus ad bannum quidem vel immissionem ex primo vel secundo decreto processus in contumaciam, non etiam in causâ principali, admittitor. C.90.

Contumaciæ excusatio.

Si longior excusatio necessaria videbitur, ea in scriptis ad proximam exhibetor, & extemplo verbaliter concluditor. O.p.3.t.10.

Vlteriora scripta sub pœna ordinationis exclusa sunto.

Eidem pœnæ is quoque, qui alienam iniquè accusarit contumaciam, subiaceto.

Excusationum interrogatio in contumacijs cessato: eiusque loco vicissitudo accusationum præfixarumque succedito. 67.

Contumacis Admissio.

Contumax in non comparendo, litem eo statu quo reperit, assumito, sed expensas arbitrio Iudicis O.p.2.t.41

prius reficito, conclusionem rescindi, nisi ex iustâ causâ, ne obtineto.

Banno per transactionem contumacis abolito, restitutus omnia, præter fructus, eo statu quo fuerunt ablata, recipito.

Q.p.3.t.41 A fisco, si non ei quoque in pœnam condemnatus fuerit, liber esto.

Contumax in non agendo, similiter non nisi refusis expensis damnisque, ad Cameram eo statu quo repererit, admittitor, aduersario interim procedendi ius esto, idq; reliquis iuris communis pœnis accedito.

C.90. Contumacium procuratores, non nisi post exolutionem pecuniæ proclamatis, in iudicio comparento, sub pœnâ ordinationis, & reiectionis habiti recessus.

Contumaciæ pœna.

Vide pœna contumaciæ.

Copeyen.

Vide redemptio. Documenta §. 2. Cantzley Geld. §. 8. supplicationum exhibitio. §. 2.

Declaratio Banni.

R.70. Acta vigore compulsorialium non integra edentes in pœnam earum sine longiori processu declarantor.

M.79. In mandatis sine clausulâ pœnæ declaratio libellum non exigito, sed verbis petita publicator, saluis iustis exceptionibus, contra mandatum opponendis.

C.90. Si paritio non simul integra, sed per interualla lacera & manca doceatur, ad pœnæ declarationem, arctioresq; processus rectà deuenitor.

Post

Post iniunctam factamque paritionem, si simile posteà factum eiusdem iuris intuitu repetatur, Mandatum secundum pœnam grauiorem contineto: cui si primo statim termino aut saltem intra 8. aut 14. dies paritum esse non doceatur, siue priores antè non attentæ exceptiones denuò opponantur, ad pœnæ declarationem confestim proceditor.

Sin idem prorsus factum, & ex eadem causâ repetatur post paritionem, tum sine nouo mandato, ex re prius iudicatâ, reus in pœnam declarator. Vide attentata §.4. compulsoriales §.3. & 4.

Decretorum confectio.

Vide sententiarum conceptio: processus docum. §.1. penult.

Decretorum Inscriptio.

Decreta supplicationibus per Notarios non per Assessores inscribuntor. O.p.1.t.10.

Supplicationibus expeditis per Protonotarios vel Notarios cum decretis vnà quoque nomina referentium & decidendi rationes præscribuntor. 56.

Decreta Notarijs extra senatum ne dictantor, nec ab ijs excipiuntor, Reliqua vide in verb. Sententia. 72.

Defensionales.

Vide Handlung zweiten Termins.

Defensio contra pacifragos.

Offenso contra pacem publicam adiutoribusq; eius, aduersus pacifragos, opemuè & auxilium ferentes, tàm O.p.2.t.9.

ante, quàm post banni declarationem, vel in continenti, vel cum vires co l:gere licebit, defensio & persecutio iusta permissaque esto.

Depositum pecuniæ.

O.p.1.t.30. Depositæ pecuniæ seruandæ arca in fornice actorum constituitor, ad eam claues 4. conficiuntor, vnam Iudex, Electoralium adsessorum seniores vnam, vnam circulares, & vnam Præfectus teneto.

Deputati post audientias.

O.p.3.t.11. Adsessores duo audiendis causis, quæ sequuntur submissionibusq; è vestigio decidendis, vel in senatu posteà referendis, post iudicialem quamuis audientiam deputantor.

Coram his sigilla, manus, scripturauè recognoscuntor diffitentoruè, Commissarij petuntor, nominantorq;, non etiam contra excipitor, mortes litigantium, tractatusuè concordiæ & transactiones indicantor, dilationes 2. vel 3. petuntor, & causæ impedimenti priorum allegantor.

59. Nec quæ sub audientias pertinent, coram deputatis, nec quæ ad deputatos reijcienda sunt, in audientijs proponuntor, sub pœnâ arbitrariâ.

R.70. Coram deputatis etiam in nominatos Commissarios consentiunto, vel orétenus recipiunto, atq; adeò ad conclusionem hoc in puncto procedunto.

Idemq; in puncto tutorum curatorumuè contumacijsq; eorum seruanto. Vide Commissionis petitio. 5. 6.

Deputati in genere.

Vide extraordinaria negótia, de officio deputatorum, de officio deputatorum fisci, de officio deputatorum nunciorum.

Depu-

Deputations Tag.

Deputatorum Comitia.

Si pacem pub. turbantes vel validiores, vel ab imperio extranei sint, res per actorem vel Cam. ad Moguntinum defertor, is deputatorum Comitia Francofurtum conuocato, Cæsariq́ue pro mittendis Commissarijs denunciato. Ibi de auxilij modo deliberator. O.p.2.t.19

Dierum dinumeratio.

Dies sententiæ latæ, aliorumq; actorum, non secundum festa, sed numerum dierum mensis exprimitor. O.p.3.t.11.

In terminorum præfixionibus 30. dies pro mense computantor. 79.

Sex Iuridicæ terminorum circumductioni processuiq́ue in contumaciam post proclama præfinitæ per omnia continuæ non vtiles sunto. Vide appellationis introductio §. 2. in fi. terminorum cursus. C.90.

Dilationes probatoriæ.

Dilationes probatoriæ coram deputatis petuntor. O.p.3.t.11.

Pro rerum qualitate statuuntor; secunda & tertia dilatio, earumuè prorogatio, absq; causæ cognitione, & sufficienti diligentiæ allegatione ne decernitor: In dilatione quarta ius commune valeto. O.p.3.t.14

Secundâ dilatione petitâ, Iudex & Adsessores semper de tempore redemptæ in Cancellariâ commissionis inquirunto. 64.

In dilatione vnâ pro omnibus decernendâ iura vetusq́ue consuetudo obtineto. 76.

Si quis obtento semel termino ad producendum Rotulum post primam dilationem, deinde adhuc dilatio- 77.

nem 2. vel 3. petat, eius petitio denegator, calumnia arbitrariè punitor.

Secunda vel tertia dilatio intra tempus prioris ex causis solitis postulantor: post tempus non nisi ad sufficientia indicia adhibitæ diligentiæ impetrator.

10. Dilatio quarta sine speciali mandato, vel clausulâ speciali eo contentâ ne petitor; si petetur, cum pœnâ ordinationis, reijcitor.

C. 13. Producendo Rotulo dilatio ante finitum examen nulla indulgetor, sed nec mandato speciali ad iuramentum quartæ dilationis præstandum producendo tempus dator: Si verò id opus sit, sub pœnâ ordinationis, quarta dilatio cum solennitate petitor.

Primæ, secundæ & tertiæ dilationis probatoriæ prorogatio (vtrumque approbatum in ordinatione) facessito: Dilatione prima vel secunda obtentâ, ijsque, ac tanto insuper temporis interuallo, quantum dilationibus cæteris superfuerat, elapso, nulla vlterior dilatio probatoria, sed ad producendum saltem rotulum ex officio terminus indulgetor, intra quem si non finitum, sed per seram testium productionem, Sacramentumque delatum ceptum solum dicatur examen, attestationes ob defectum iurisdictionis Commissarij ne admittuntor.

Dilatio secunda vel tertia intra tempus prioris, sine impedimenti expressione petita, nec decernitor, nec denegator, sed recessus tanquam contra ordinationem factus reijcitor. Procuratori ordinationis pœna irrogator.

Dilatio secunda & deinceps probatoriæ, quamuis mortuo aduersæ partis procuratore, nihilominus petuntor: similiq; ratione, in puncto Commissariorum illo viuo submisso, post eiusdem mortem pronunciator.

In

In mandatis sine clausulâ reus exceptiones & articulos contrahito, ordinaria probandi via ne admittitor.

Dilatio probandi (si sit opus testibus) non nisi vna pro omnibus eaque breuis conceditor, quâ tamen in re iudicis arbitrium præualeto.

Documenta.

Documenta sententiarum nemini inuito, nisi ante petierit, è Cancellariâ obtruduntor. O.p.3.t.33

Documenta originalia confestim recognoscuntor negantorue, nisi ex causa terminus ad id à iudice statuatur, post subitò partibus restituuntor, exempla collata apud acta seruantor. O.p.1.t.38

Tres ciuitates solutionis recipiendis sumptibus Cameralibus deputatæ, cum restitutione acceptæ pecuniæ, documenta simul summæ specierumque transmittunto. O.p.1.t.40

Documenta originalia, iudicialiter producta, nec dum recognita à lectoribus, ne repetuntor, neuè impetrantor. 59

Recognita verò omninò ex fornicibus recipiuntor. R.70.

Procuratores eo nomine partes interpellanto, ei rei Iudex terminum sub pœnâ præstituito.

Nuncij in exequendo impediti, id per documentum à magistratu, non priuatis acceptum, probanto. C.15.

Documentorum, quæ cum supplicationibus simul exhibentur, exempla à procuratoribus subscripta vnà porriguntor, & apud acta conseruantor.

Vide litigantes pauperes §.1. Notarij immatriculati §. 2. de officio protonotariorum.

Documentum Requiſitionis.

O.p.3.t.31 Actis ad appellantis primam requiſitionem non impetratis, requiſitionis eius documentum loco actorum in primo appellationis termino exhibetor.

C.90. Requiſitionis documentum, ſi notoriè conſtet iudicem edere nolle, opus ne eſto. Vide abſolutio à citatione ſ.3.4. iuſticia denegata ſ. vlt.

Dubia.

Vide Reſolutiones dubiorum.

Duplicæ.

B.90. In receſſibus verbalibus procuratores in vno aliquo puncto ſeu articulo ſine graui cauſâ ne replicanto, duplicantouè.

Vide concluſio in quib. punct. ſ.2.5.7.10.11.

Editio.

Vide actorum editio. Compulſoriales.

Exceptionum forma.

O.p.3.t.15 Contra articulos, nec ſine cauſis iuſtis, nec verbo per generalia, ſed in ſcriptis, diſtinctè, & ſpecificè excipitor, ſub pœnâ ſolitâ.

57. Contra articulos irreleuantes excipitor in ſcriptis.

C.85. Contra appellationis tamen grauamina excipere verbótenus & in genere eſſe ea irreleuantia liceto.

Quæ grauamina, quibusque ex cauſis minus ſint admittenda, excipiens nominatim demonſtrato.

O.p.3.t.32 Exceptio contra formalia appellationis clara, & ſpecifica, non generalis, & obſcura eſto.

Exceptio-

Exceptiones desertæ vel non deuolutæ appellationis C.90. etiam nudis verbis, & quàm paucissimis possunt, opponuntor.

Vide contra Commiss. except. Dilationes probatoriæ §. vlt. conclusio in quib. punct. §. 3. Handlung in specie §. 2. Vide titulos de mandatis sine clausula.

Exceptionum productio.

Dilatoriæ exceptiones, seu earum vice peremptoriæ O.p.3.t.24 obiectæ, primo post intentatam actionem termino, & omnes simul, articulatæ proponuntor, vno scripto.

Ijsdem Euentuall Handlung/ hoc est, euentualis actio R.70. adnectitor. Vide Handlung secundi termini.

Exceptiones declinatoriæ etiam sine euentuali actione propositæ, ritè examinantor, nec, nisi ijsdem causâ cognitâ improbatis, de præiudicio in puncto responsionum litisuè contestationis aut defensionalium lapso pronunciator. C.90.

Exceptiones eædem siue nudæ sint, siue adnexam habeant euentualem actionem arbitratu procuratorum, vel in nouis, vel in præfixis producuntor. Vide conclusio in quib. punct. §. 10.

Exceptionum modus.

Vide conclusio in quibus punctis per tot.

Excusationes.

Vide contumaciæ excusatio, absentia, neglecta.

Executio, Executoriales.

Vide sententiarum Executio, Banni declaratio §. 7. Banni executio per tot Conclusio in quib. punct. §. 7. 8. Process. execut.

Exemption Sachen.

Vide de officio fiscalis.

Expensæ.

Sumptus pro tuitione pacis & oppressorum facti, ab inuasoribus vel exiguntor ilicò, vel in Camera sub banni pœnâ reposcuntor. Vide actorum Expensæ.

Expensæ fiscalis.

O.p.1 t.16. Expensæ fiscalium causarum à fisco, si sic Camera pronunciarit, refunduntor. Sin quem sine voluntate deputatorum fiscalis iniustè conuenerit, ipse de proprio luito.

Ex fisci reditibus Expensæ processuum fiscalium, inquisitionum, omnesque sumptus extraordinarij sumuntor: eo nomine quotannis Commissarijs Cæsaris, & visitatoribus acceptorum Expensarumque rationes redduntor: exempla Cæsari, si velit, mittuntor. Reliqua, nisi quantum vnius anni necessitas exigit, Cæsaris arbitrio deponuntor.

71. Constituendorum lignorum aduè victum pertinentium rerum sumtus contributione Adsessorum exoluuntor, non fisco Quæstoriuè per decreta imponuntor.

R.66. Executionibus ad contribuendum compulsi, expensas etiam in Camera reficere peraguntor.

Expensarum processus.

O.p.3.t.10 In expensarum puncto citatione nouâ opus ne esto. Procuratores etsi mandata nulla expensarum mentionem contineant (extra quam si de iuramento præstando vel conficiendâ apochâ agatur) admittuntor.

Expen-

Expenſarum Condemnatio.

Victori victus ſumptus reſtituito, eius rei Camera terminum præfinito. In appellatione ab interlocutoriâ ſuccumbentes in expenſas dilatæ litis condemnantor.

Si procuratorum in eâ re culpa verſabitur, ipſi luunto.

Si exceptiones contra mandata ſine clauſulâ prorſus depræhendantur friuolæ, & impertinentes, condemnatio expenſarum non, vt hactenus, in euentum, ſed purè deinceps concipitor. Cæterùm vſitatus ſtylus obtineto. C.20.

In expenſarum condemnatione redemti è Cancellaria mandati precium compræhenſum intelligitor. Vide contumac. Proceſs. contra reum ſ.5. in fi Procuratorum legitimatio ſ.7.8.

Expenſarum Deſignatio.

Deſignationes expenſarum per lectores ſine morâ expediendæ, quo maturius executoriales obtineantur, traduntor. O.p.1.t.33

Innouis exhibentor, computatio tantum in aureis Rhenenſibus & Cruceris initor. B.55.

Expenſarum taxatio.

Expenſæ in prioribus inſtantijs adiudicatæ vnà cum ſumptibus appellationis in Camerâ taxantor. O.p.3.t.50

Ni deſerta ſit appellatio: tum enim appellationis duntaxat ſumtuum taxa executioque ad Cameram pertineto, reliqua inferioribus iudicibus relinquuntor.

Inter taxandum labores aduocatorum & procuratorum, deducto quod acceperint (quod ipſis ſub iuramento præſtito indicandum incumbit) æſtimantor.

Taxatio à tribus vel quatuor Adſeſſoribus initor, niſi

nisi plures magnitudo, vel grauitas negocij depoposcerit.
In expensarum taxatione celeritas adhibetor.
65. Expensæ diebus Sabbathi per Consiliarios interlocutoriarum ordine successiuo taxantor.
71. In Sabbatho ceptæ nec finitæ taxationes ad proximam peraguntor.
81. Iudex eiusuè Vicarius Adsessores quosdam ad vniformem expensarum æstimationem deputato: eam seruari in senatu præcipito.
C.33. Referentes taxandarum expensarum summæ sua nomina subscribunto. Vide taxatio.

Exteri ab Imperio.

Vide Cæsari Reseruata §. pen. Cautio. §. 1.

Extraiudicialia.

O.p.3.t.6. Sententiarum publicatarum documenta processusuè vlteriores iudicialiter ne petuntor, sed è Cancellaria obtinentor.
80. Commissione ad rei memoriam iudicialiter obtentâ Rotuli iudicialiter ne producuntor, sed lectoribus in Cancellariâ custodiendi traduntor: eius rei cognitio accipitor.
85. Apochæ solutarum contributionum nomine confectæ ne iudicialiter, sed extra iudicium ad partem, vel domi fiscali exhibentor: eo non admittente iudicialiter producuntor.
87. Supplicationes pro tutorum confirmationibus non in iudicio, sed in Senatu exhibentor.
C.90. Tempus obtentarum è Cancellariâ attestationum iudicialiter ne significator, sed protonotarijs suggeritor, & in protocollum marginibus adnotator.

Extra-

Extraiudicialia negotia.

Extraiudicialia negotia, velut receptiones aduocatorum, procuratorum, notariorum, ſtipes pauperum, aliaq; extraiudicialia iudex cum aliquot adſeſſoribus horis vacuis, & ſucceſſiuis tractato, citra præiudicium aliarum cauſarum. 56.

Extraiudicialia ad duos Senatus definitiuarum pertineto, per ſemeſtria mutantor, inuicemq; ſubeunto. In electionibus Adſeſſorum, nouisque & grauibus Religionis Reipublicæ cauſis plures adhibeto. Leuiores verò res politicæ de more à 2.4.6. Adſeſſoribus expediuntor. Decreta vni libro inſeruntor. 75.

Extraordinaria ad iudicem primitus deferuntor, is, vbi deliberanda videantur, ſtatuito, vel ſolus, vel adhibitis quibuſdam adſeſſorum.

Vide compromiſſa de officio deputatorum, Senatus plenus.

Fatalia.

Vide appellat. introductio, appell. deſertio.

Feriæ.

Feriæ ordinariæ obſeruantor: per eas (exceptis dieb. dominicis, alijsq; diebus feſtis ſanctioribus) Adſeſſoribus non ſolum in Senatu referre, & ſententias concipere, ſed & ſupplicationes admittere, citationesq; & proceſſus decernere liceto. O.p.2.t.33

Per ferias quotquot præſentes aderunt adſeſſores, ter ſingulis ſeptimanis conueniunto, Senatum habento. 64.

Clauſula (excluſis ferijs) de maioribus ferijs duntaxat, cum per integram ſeptimanam diutiuſuè ius non dicitur, intelligitor. 79.

Extra

A.I.56. Extra disertis verbis expressas, cæteræ omnes feriæ chori, palatij, aliæq; vacantiæ cessanto: per quas ferias iudicia de more haberi solita sunt, in ijs porrò exercentor.

Feuda dignitatum.

Vide Cæsari Reseruata §. 3. 1.

Feudales fructus.

Vide banni executio.

Fiscales causæ.

Si quis contra bullam auream, pacem publicam, Cæsarea mandata fecerit: si in contributionibus Imperij inferendis tardus negligensque reperiatur: si quid in sanctiones imperij politicas admiserit: si cum Turcis vel alijs Christianitatis, vel alijs Imperij hostibus consilia nefanda miscuerit: si alienos subditos ob anabaptismum extorres contra Imperij placita receperit, nec protinus constitutiones in eos exercuerit sciens: si infestatis per vagos milites opem non tulerit imploratus: si aduersus ea commiserit, quæ de VVestphalicis iudicijs constituta sunt in Comitijs.

Fiscales Expensæ.

Vide Expensæ fiscales.

Fiscales reditus.

Vide Reuisio §. 4. Cæsari reseruata § 2. de officio fiscalis, & supra, fiscales causæ.

Fisci aduocatus procuratorue.

Vide de officio fiscalis.

Fisci

Fisci deputati.

Vide de officio deputatorum Fiscalis.

Forum competens.

Vide Außträg/ Iurisdictio.

Formalia appellationum.

Vide appellationis introductio, cum tit. seq. & tt. tt. appellationis iustificatio.

Geleydt.

Vide Commeatus litigantium, Immunitas Cameralium.

Gewelb der Acten.

Vide actorum scrinia.

Gnaden Geldt.

Vide de officio Adsessorum.

Grauamina.

Vide articuli.

Handlung in Schrifften.

Agenda in scriptis.

Quæ agenda sunt procuratores in scriptis per se subscripta duplicata exhibento, quorum exemplum alterum aduersario, alterum iudicio exhibendum, eaque paucissimis & breuissimis verbis producuntor. O.p.3.t.40

Ex aduerso cum petitione copiæ & termini recipiuntor.

Demum in termino vel ante similiter in scriptis contra agitor, scripta supra numerum ne-admittuntor, sed ab actis cum pœnâ segregantor.

O.p.3.t.16 Ad probandum admissi nullum interim (nisi ex iustâ causâ decreto comprobatâ) scriptum producunto.

56. Producta, nisi in continenti à recessu habito iudicialiter prolata, ne significantor. Eadem ne ab actis amittantur, lectorum cura prouisioque esto. Amissa ab vtroque procuratore describuntor, actisque de nouo inseruntor.

Supplicationes & producta non subscripta reijciuntor: procuratores puniuntor.

63. Producta non correcta intra triduum corriguntor, iussu iudicis, pœnâ arbitrariâ simul procuratori infligendâ.

C.53. Procuratores producta à tergo pergameno colliganto.

55. In puncto executionis merita causæ recoquentia producta, pœnâ reseruatâ, reijciuntor, executionis puncto festinanter peragendo.

B.90. Insinuationes, petitionesque confirmationum, vel pro decretorum interpositionibus, non verbaliter, sed in scriptis fiunto.

C.90. Producta omnia, etsi conclusiones sint, nomine exceptionum, replicarum, & deinceps inscribuntor: denominationes tituliique cæteri omnes facessunto.

Scripti, loco verbalium recessuum, dehinc aboliti interdictique sunto.

Vide conclusio in causa §.fin.offic.fisc.§.5. Conclusio in quibus punct. exceptionum forma §.1.2. de officio procuratorum in iudicio.

Hand-

Handlung Mündtlich.

Agenda verbaliter.

Verbis contra mandata excipere, transactiones mortesuè partium indicare coram deputatis, sigilla cognoscere licitum esto. Recessus longiores cum pœnâ è vestigio reijciuntor. O.p.3.t.4.

Plura documenta simul producentes, singula ne nominanto, ac designata scripta simul exhibento. 37.

Ex pluribus correis vnus nomine expresso, cæteri sub hac generalitate (alijque in citatione compræhensi) denotantor. Sin quorundam duntaxat nomine quis compareat, principales suos, quorum nomine comparet, expresse suis nominibus denotare licitum ei esto. O.p.3.t.4.

Procuratores singulos recessus in vnâ causâ habitos, in aliâ tanquam per iudicem ne repetunto, sed singulis in causis seorsim distinctèque agunto. 59.

Mandata actauè, aliaq; similia in termino non producta, nec peculiaribus posteà recessibus, sed cùm alijs agendis aut productis proferuntor. B. 79.

Mandata tamen procuratorum intra præstitæ cautionis tempus, vel cum alijs productis, seu agendis, vel si aliud nihil agendum sit, sola exhibentor.

Recessus simul & semel habendi ne scinduntor: contenta productorum documentorumuè verbis ne petuntor, titulótenus significantor. B. 80.

Vide sup. tit. prox. §. 1. 11. Duplicæ §. 1. Iuram. calum. §. vlt. Dilatio probatoria §. 36. de officio procuratorum in iudicio.

Handlung ersten Termins.

Agenda in primo termino.

O.p.3.t.12 In termino citationi præfinito actor compareto, processus emanatos, cum executionibus sine nomine exequentis, reproducito, simulq; libellum, & si procurator sit, mandatum paucis verbis exhibeto.

O.p.3.t.31 In causis appellationum eadem omnia, ac præterea instrumentum appellationis vnà cum prioris instantiæ actis, producuntor.

Actis nondum obtentis, promissio iudicis de ijs facta per documentum docetor, vel saltem compulsoriales hoc termino petuntor.

Si primo termino documentum duntaxat requisitionis proferatur, compulsorialesuè reproducantur, ante actorum editionem ad libellandum ne tenetor.

C.75. De paritione in primo statim termino docetor.

Hoc in mandatis sine clausulâ, itemq; executorialibus, & de relaxando captiuo: in reliquis mandatis cum clausulis ante omnia libellator.

O.p.1.t.17 In primo processuum monitoriorumque fiscalium termino, vel de paritione docetor, vel causæ quare non paruerit sine vlteriori dilatione allegantor.

Handlung zweiten Termins.

Agenda in secundo termino.

R.70. In secundo termino, vnà cum declinatorijs exceptionibus, etiam in euentum contestatio litis, responsiones ad articulos, & defensionales simul, vel nullis propositis articulis

articulis, saltem defensionales, & litis contestatio in scriptis in euentum itidem exhibentor.

Eadem litis contestationi puræ adnectuntor.

Appellatus exceptionibus contra deuolutionem, formaliaue, alijsq; dilatorijs exceptionibus, præter euentualem litis contestationem, etiam exceptiones contra grauamina, & euentuales responsiones & defensionales aliudue horum loco adnectito, eademque vel sine exceptionibus dilatorijs præstato.

In appellationibus etiam ab interlocutorijs, appellatus exceptionibus contra formalia deuolutionemue, alijsue dilatorijs in euentum litis contestationem semper adijcito.

Exceptionibus desertæ, vel non deuolutæ appellationis ante libelli productionem exhibitis Euentuall Handlung etiam seorsim, posteá nihilo secius proponendi necessitas esto.

Contra libellum verò solis oppositis exceptionibus Euentuall Handlung posteà, nec intra eundem terminum amplius locum habeto.

Exceptionibus declinatorijs in præfixarum ordine perlatis Euentuall Handlung etiam termino eodem durante exclusa maneto.

Vide except. productio per tot.

Handlung reliquorum terminorum.

Agenda in reliquis terminis.

Euentuall Handlung parti aduersæ cum exceptionibus vnà communicetur, & posteà quoq; in vtroq; puncto simul iunctimque proceditor.

Vide Handlung in Schrifften. Conclusio in quibus punctis §. 10. & passim per tot. Terminorum concessio præfixioque, & termini quando obeundi.

Agenda.

Handlung in specie.

Si super remissione puncti causalium, ad causam primi mandati certabitur, tum diuersitatem allegans procurator eam in specie scripto breuiter complectitor, nec per merè generalia nuda submittito. Vide conclusio in quibus punct. §. 8. Nullitas §. vlt. Exceptionum forma §. 1. 4. 5.

Heredes pacifragorum.

Vide mandata super fracta pace §. 5. 6. 7. 8.

Immunitas Cameralium.

O.p.1.t.49 Iudicium Cameræ Spiræ exercetor: ibi ad Camer. pertinentes personæ cum familijs, quoad domicilium eo loco habebunt, à vectigalibus, omnibusque oneribus immunes sunto: à negotiationibus tamen & hospitiorum publicorum præbitione abstinento.

Litigantes eorumuè vice agentes ibidem securitate Sicher Geleidt gaudento.

Practicantes eadem quâ Camerales libertate fruuntor.

Nunciorum & Notariorum exequentium vbique in Imperio securitas & saluus conductus esto.

Camerales in vniuersum omnes fide clientelâq; Cæsareâ & statuum vicinorum comprehenduntor.

50. Partes, qui Spiræ domicilium suum velut membra iudicij, constituunt, quiq; sub specie practicantium (tantum

tum vt iudicij immunitatibus fruantur) omnium fortunarum suarum sedem ibi figunt, à Iudice minimè tolerantor, sed senatui vrbico deferuntor.

Camerales, quibus ex Cancellariâ taxæ dimidium, vigore consuetudinis antiquæ, remittitur, nuncijs tamen solidum præstanto. 74.

Adsessores à tutelis iudiciales functiones impedituris arcentor. 15.

Index Expediendorum.

Præter iudicem actorum, alium quoque iudex indicem seu directorium eorum, quæ ex officio ei incumbunt peragenda, habeto: vt & suo quæque tempore citra causarum partiumuè detrimentum proponantur, nec res semel decisæ sub incudem reuocentur, sed executioni dentur, vtque semel cepta, ac alio casu interrupta ad finem primo quoque tempore perducantur. O.p.1.s.10.

Indices actorum.

Vide actorum Indices.

Inhibitio.

In punctis attentatorum & inhibitionum nulli seorsim litem contestari, vel procedere permittitor, sed implorato Iudicis officio articuli proponuntor, vel summariè secundum ordinationem factâ probatione concluditor. R.70.

Inhibitio in appellatione â definitiuâ vel definitiuæ vim habente (nisi ea contra ius interposita, iurisdictioue dubia, aut in interdicto retinendæ appellatum sit) simpliciter petenti decernuntor. Secus in appellatione à merè interlocutorijs, extra casum euidentis periculi, C.76.

moræ,

moræ, & damni irreparabilis: in extraiudicialibus tum demum locum habeto, cum de iurisdictione & iustis grauaminum causis, auditâ parte constiterit.

Iniuriæ inter Camerales.

O.p.1.t.10. Iudex Cam. operam dato, vt iniuriarum inter Camerales dissidiorumque ansæ præscindantor, amicitia & concordia firmetur, in contumeliosos, contentiososq; de sententiâ Adsessorum animaduertito.

R.66. Iniurias verbales, ex inconsulto calore prolatas, vel etiam reales modicas, de plano & summariè decidito, contumeliosos, pro rei qualitate, carcere & mulctâ coërceto.

Iniurias ex officio tollito: atrociores iniurias, si componi transigiuè nequeant, iuris ordini permittito.

Iniuriosa scripta dictauè.

Vide de officio procuratorum, in iudic. §. 10. pœna procurat. in genere §. 15.

Inscriptio seu titulus.

O.p.3.t.12 Tertius interueniens titulum seu inscriptionem causæ §7. §0. primam retineto. In productorum documentorumq; inscriptionibus, quis appellans, quisuè actor sit, procuratores exprimunto.

Titulum seu inscriptionem causarum primam, ne mutatis quidem personis, mutanto, punctos quoque in fronte adnotanto.

Citationem ad reassumendum reproducentes, titulum rectè inscribunto.

Inscriptiones causarum appellationum an à definitiuis earumque vim habentibus, an ab interlocutorijs appel-

appellatum ſit, exprimunto. Ea res procuratoribus iniungitor. Vide citatio ad reaſſum. ſ. 2. Handlung in Schrifften ſ. pen.

Inſtrumenta.

Vide documenta, mandat. procurat. generalia Handlung erſten Termins ſ. 2.

Intereſſe.

Vide mandata von Pfandung ſ. 9. vlt. Itemque Von Arreſten ſ. 8.

Interlocutoriæ.

Vide appellatio ab interlocutoria. Inhibitio ſ. vlt. Inſcriptio ſ. vlt. de offic. lect. ſ. 10. vlt. ſubmiſs. vt expedi. ſ. 13. 14. 15. & paſſim.

Interrogationes Circulares in Audientijs.

Vide Vmbfrag in den Audientzen.

Iudex Cameræ.

Cameræ Iudice mortuo vel munere à ſe abdicato, Cæſar Rexuè Romanus, extemplò eâ de re factus certior, alium ſubrogato: interim, ſi neminem illi ſucceſſorem deſtinaſſent, Comitum vel Baronum, è collegio vnus, ab Adſeſſoribus vice iudicis eligitor, isque eo munere perfungitor, dum vel alius ritè ſufficiatur, ipſeuè in officio confirmetur. Quo caſu alius ipſi Comes Barouè in adſeſſoratu ſuccedito. *O. p. 1. t. 4.*

Reliqua vide de officio Cam. & abſentia Iudic. & adſeſſorum.

L Iudicis

Iudicis Vicarius.

Vide de officio Vicarij.

Iudices.

Vide Iurifdictio, Außträg/ fpolia.

Iudicialia.

Vide extraiudicialia.

Iuramentum Cameralium.

R.57. Præter iuramentum iufticiæ adminiftrationem aliaq; officij cuiufq; capita ordine complectens, aliud infuper, in ingreffu muneris, iuramentum fidelitatis, in verba Cæfaris, ordinumque imperij præftanto.

Iuramentum calumniæ feu malitiæ.

O.p.3.t.13 Iuramentum calumniæ vel in fecundo vel alio poftea termino petitum præftator.

O.p.3.t.32 In caufis etiam appellationum lite conteftatâ confeftim, licet iam ante in primâ inftantiâ præftitum fuerit, petitum præftator.

O.p.3.t.26 Aduerfario vel iudice expofcente, quælibet pars procuratoruè eius, de calumniâ & malitiâ vitandâ, prout de iure, iurato.

C.90. Iuramentum calumniæ & malitiæ, nifi viuâ voce petatur, ratio nulla habetor.

Iuramentum dandorum refpondendorumque.

O.p.3.t.15 Articulis hinc inde productis dandorum refpondendorumque Iuramentum exactum præftator.

Nifi

Nisi tamen viuâ voce oblatum postulatumq;, vtcunq; in productis alicubi contentum, ne attenditor. C.90.

Iuramentum quartæ dilationis.

Vide dilationes probatoriæ.

Iuramentum paupertatis.

Pauperes, ante admissionem, de paupertate per magistratus, aliorumuè fide dignorum testimonium, vel alio modo aliqualiter saltem docento, tum paupertatis iuramentum præstanto, hisque obseruatis processus petitos obtinento. O.p.1.t.44

Pauperes in singulis causis de paupertate iuranto, & de solutione faciendâ. cum ad pinguiorem fortunam peruenerint, repromittunto. R.66.

Iuramentum purgationis.

Suspecti violatæ pacis publicæ opisuè & auxilij præstiti citati legitimè per iusiurandum se purganto. Si vniuersitas arguetur, eius duæ partes senatus, & in his suspectissimus quisque coràm delegatis iuranto: Sin horum quidam & singuli suo nomine suspecti erunt, de ijs vt singulis statuitor. Si quæ iudicem mouebit suspicio violentior: Sacramentales plures, qui de credulitate deierent, rectè eum iurasse videri, exiguntor. Iuramento præstito reus pro innocente habetor, donec conuincatur. Conuictus pro fractore pacis publicæ & periuro punitor. Iureiurando præstando comparendouè contumaces pro conuictis habentor. Vide banni declaratio, & executio. O.p.1.t.10

Iuramentum Reuisionum.

O.p.3.t.53 Syndicatores Reuisoresque iuranto, non se ante in causâ consuluisse, Iudices priores in precio & honore habere, diligentiam in reuidendo, fidem in iudicando, iustitiamque adhibituros, munera non capturos.

Iuramentum Visitatorum.

R.o. Ante personarum visitationem visitatores iuranto, nihil se eius quod comperererint, præterquam Cæsari Magistratuique suo, à quo missi fuerint, vllo tempore enunciaturos.

Iuramentorum formæ.

Extant in ord. p.1.t.57. & seqq. Et sunt earum câpita ex titulis ferè de vnius cuiusque officio desumta.

Iuramenti Relaxatio.

Vide relaxatio iuramenti.

Iurisdictio Iudicum inferiorum.

O.p.2.t.1. Cuncti, qui sub imperio degunt, suis ordinarijs iudicijs in primâ instantiâ relinquuntor, sed ea intra mensem petentibus panduntor, ab abusibus repurgantor, ritè peraguntor.

70. Ex personis idoneis constituuntor.

O.p.2.t.5. Ad inferiora iudicia pertinentes causæ personæque ijs minimè subtrahuntor.

O.p.2.t.8. Inter eiusdem diuersorumque statuum subditos causæ spolij in foro ordinario ex iure peraguntor.

O.p.2.t.10 Purgationis iuramento iniquè fatigati aduersarium vel in Camera vel in forô ordinario eo nomine accusanto, & reum rectè peragunto.

Omnes

Omnes qui cum Imperio ſunt Magiſtratus contra criminum reos, de more, lociq́ue conſuetudine, & iure poteſtatem procedendi habento.

Poſſeſſionis litigioſæ quæſtione in Camera finitâ, quod reliquum eſt controuerſiæ ad ordinarios Iudices ſpectato, peculiaria ſtatuum arbitria illibata manento. O.p.2.t.21

Iuriſdictio der Außträg.

Vide Außträg.

Iuriſdictio Cameræ.

Omnes, qui Iuriſdictioni Cæſareæ immediatè ſubiecti ſunt, ſi non excmti nominatim priuilegijs, conſuetudine, ordinatione reperiantur, in Cam. forum ſortiuntor. O.p.2.t.27

In Camera citationes aduerſus imperio mediatè ſubditos, ne decernuntor, extra quam ſi à Iudice inferiore intra menſem poſt requiſitionem neglecti, iuſuè notoriè negatum, aut malitioſè protractum dicatur, tum quidem Cameræ auxilium, ſed gradatim tamen, implorator. O.p.2.t.21

Iuriſdictionem porrò Cameræ hæ quoque cauſæ rectà fundanto.

Fractæ pacis. t.9.

Proceſſus purgationis. Vindicatio calumniæ iniuſtè purgationem poſtulantis. t.10.

Contra Receptatores bonorum bannitorum. t.12.

Contra Receptatores alienorum rebellium ſubditorum. t.14.

Contra non ferentes opem oppreſſis à vagis militib. t.15.

Contra detrectantes iniuncti banni executionem. t.40.

Ob ſumtus in conſeruationem pacis publicæ factos. t.16.

Reſtitutio bannitorum, ſeu abſolutio à banno. t.18.

t. 19. De bonis quauis ex causâ bannitorum.

t.20. Causæ fiscales.

t.21. Litigiosæ possessionis.

t.22. De pignoribus, & captiuis.

t.23. Mandatorum sine clausulâ.

t.24. Relaxationis iuramenti ad effectum agendi.

t.25. Legis diffamari.

t.26. Ob iusticiam denegatam protractamuè.

t. 31. Declarationes pœnæ Compulsorialium.

R. 59. De sumptibus à visitatore reuisoreq; absente his, qui præsentes conuenerint, refundendis æstimandisque.

R.66. De contributionibus ad Cameræ sustentationem rectè exoluendis.

R.70. Arrestorum.

C.90. Ob causarum continentiam.

O.p.2.t.28 In causis appellationum ritè ad Cameram introductarum deuolutarumque.

Ad Cameram pertinentes criminum rei à magistratu loci compræhenduntor, Cameræ sine morâ traduntor, carcere criminosorum continentor, prouè delicti ratione coërcentor.

Accusatoribus ius administrator: Si corporali pœnâ crimen plectendum vel notorium, vel præuiâ Cameræ inquisitione certis ex indicijs liquidum exploratumque sit, tum verò reum Magistratui vrbico puniendum exequendumq; remittunto. Vide Cæsar. cum Cam. concurs. §. vlt.

70. Causæ criminales in Camera ne recipiuntor.

Ius Commune.

O.p.2.t.31 In causis appellationum, quibus de rebus nihil ordinatio cauet atq; disponit, ius commune seruator.

Pro-

Proceſſus etiam iuris communis, extra quam ſi quid hac ordinatione mutatum abrogatumq́ue reperietur, per omnia locum habeto. O.p.3.t.34

Iuſticia denegata vel protracta.

Reis requiſitis, nominationem iudicum aliaq́ue ex ordinatione non facientibus, in Camera actionem contra eos inſtituendi ius actoribus eſto. O.p.2.t.4.

Cui iuſticia petenti denegata protractaq́ue dicitur, is ſuperiorem adito, eoq́ue ceſſante, ſi proxima ſit, Cameram implorato. Si in Camera promotorialibus imploratis nihiloſecius in termino ceſſatum fuerit, cauſa etiam ſine documento denegationis vlteriore in Camerâ recipitor. Camera etiam ſine requiſitionis documento poſtulantibus promotoriales decernito: his tamen reproductis, non niſi executione earum probatâ, proceſſus communicantor. O.p.2.t.26

Kreyßoberſter.

Vide banni executio.§.4.5.6.7.

Lectores.

A Moguntino creantor, vide inf. de officio lectorum. O.p.1.t.26

Legitimatio.

Vide procuratorum legitimatio.

Lex diffamari.

Ex lege diffamari. (Non tamen aliter, quàm in cauſis turbatæ pacis publicæ, atrocium iniuriarum & ſimilibus caſibus ad ſcandalum ſpectantibus, in quibus O.p.2.t.27

diffama-

diffamatio dolo malo facta est, nec aliter, quàm si diffamatus imperio immediatè subsit, vel ad Cameræ Iurisdictionem caussa diffamationis immediatè pertineat, & si ante processus decretos de diffamatione scripto vel alio documento doceatur,) processibus decretis, & diffamatione probatâ, diffamanti ad proponendam actionem in foro diffamati (siue ea Camera sit, siue aliud iudicium ordinarium) terminus, cum comminatione silentij, præfigitor.

Si diffamatus nec immediatè imperio subsit, nec ipse causaue immediatè ad Cameram pertineat, processus nulli (nulla habitâ ratione cuiuscunque iurisdictionis diffamans sit) decernuntor, sed in vtroque puncto causæ principalis & diffamationis res ad iudicem competentem reijcitor.

Libello quando opus.

Vide appellationis prosecutio. §. 4. §. declaratio pœnæ. §. absol. à citatione. §. pen. Handlung ersten Termins §. penult.

Libelli productio.

Vide absolutio à citatione §. 1. 2. Handlung ersten Termins §. 1. 2. pen.

C. 90. Ad libellandum termino obtento appellato nihilominus acta loco libelli repetere, simulque concludere intra dictum terminum liceto. Hac verò repetitione semel facta à libellando porrò abstinetor.

Vide articuli §. 3. 4. 5. Comminationes §. 5.

Litigantes pauperes.

O. p. 1. t. 24. Copias attestationũ &c. gratis è Cancellariâ accipiunto.

Paupe-

Pauperes, antequam admittuntur ad iuramentum, paupertatis ſuæ documentum à magiſtratu ſuo, alijſuè fide dignis proferunto, de paupertate iuranto, & ſic proceſſus obtinento. O.p.1.t.41

In appellationibus tamen ritè interpoſitis, antequam proceſſus decernantur, compulſoriales pro edendis gratis actis, ſaluâ repetitione, ſi ad pinguiorem fortunam veniant conceduntor.

Hæc acta Adſeſſores duo treſuè inſpiciunto, quid noui producturus ſit pauper, in ſcriptis percipiunto. Ex quibus niſi iuſtam cauſam fouere pauperes videantur, proceſſibus negatis, à Iudicij limine, repelluntor.

Cenſores litis pauperum, eorum priuilegio ne fruuntor, ſed partes viriles in omnibus pro ratâ exoluunto.

Vide atteſtationes §. 1. Iuramentum paupertatis per tot. Procur. & Aduoc. paup.

Litigioſa poſſeſſio.

De poſſeſſione controuerſâ litigantes immediatè imperio ſubditi Cameram iudicem habento: à factis & violentiâ abſtinento: nemini ea res in ſua poſſeſſione vel quaſi fraudi eſto. O.p.2.t.21

Sin mediatè ſubditi non modò de poſſeſſione, ſed & de ſuperioritate & magiſtratu loci, vbi res ſiue iura ſita ſunt, controuertant, idem obtineto.

Poſſeſſionis quæſtione finitâ, controuerſia reliqua ad ordinarios Iudices ſpectato. Peculiaria ſtatuum arbitria illibata manento. Quod ſi inter immediatos poſſeſſio non ſolum dubia, ſed etiam metus ſubſit armorum, Camera implorata, vel ex officio ſequeſtrato poſſeſſionem, vel à quaſi poſſeſſione partem vtramque abſtinere iubeto: De-

hinc summariè sine formâ Iudicij, vter possidere debeat, cognoscito, dum tàm super possessorio quàm petitorio accuratius quæstio, pleniusque discutiatur.

C.76. Constitutionis huius §.1. ordinarium, §.vlt. Summarium possessorium introductum censetor.

Illud non nisi ob periculum armorum ex rixis quotidianis metuendum, hoc tùm demum, si iam præsens sit periculum, puta partibus in procinctu constitutis, ad Cameram pertineto. In vtroque admittendo Camera de armorum metu partiumuè procinctu, saltem summarissimè, puta ex exemplis, instrumentis insertis, vel ex scientiâ propriâ certior esto. Extra hoc periculum notitiamque eius turbatio simplex ad Iudices ordinarios remittitor. Vide appellationis dilatio. §. vlt.

Litis contestatio.

Vide contestatio litis.

Magistratus.

Vide Berichts erholung §. vlt. Mandata Von Pfandung §. 1. Von Arresten §. pen. relaxatio iuramenti §. 1. pac. pub. conseruatio §. pen. vlt.

Malefitz Sachen.

Criminalia.

Vide Iurisdictio iudicum inferiorum §. pen. Iurisdictio Cameræ §. pen. relaxatio Iuramenti §.2. Nullitas §.1. mandata Von Pfandungen §.14. Von Arresten §.10.

Manda-

Mandata pœnalia.

Mandatis pœnalibus pœnæ arbitrio præfecti inferuntor. Si ex causâ exasperandæ videbuntur, voluntas etiam iudicis aliorumq; , qui ea decreuerint, adhibetor. 89.

Mandata, vt & alij in Cam decreti processus, annalia sunto. Rescripti tamen eo nomine petitio vel post annum salua maneto. Hoc ita, nisi certum tempus expressum fuerit, quo casu illius ratio habetor.

Mandata cum clausulâ.

Mandata in Cam. non nisi insertâ clausulâ iustificatoriâ, atque inter personas immediatè ad Cameræ Iurisdictionem pertinentes, decernuntor. O.p.2.t.23

Ea per comparitionem ne omnimodò in simplicem citationem resoluuntor, sed effectus duntaxat suspenditor. C.76.

Mandata cum clausulâ (cum aliàs plenario & ordinario iudicio causa discutienda sit) non temerè, facilius citationes simplices decernuntor.

Mandata cum clausulâ de relaxando vel restituendo non minus super Religionis quàm fractæ pacis constitutione decernuntor. M.70.

In his mandatis, quæ de libellando in primo termino decisa sunt, valento. Vide comminationes §.5. Handlung ersten Termins §. pen. C.55.

Mandata super constitutione fractæ pacis.

Mandata super pace publicâ, nisi factum ad quatuor casus accommodari possit, cum clausulâ exeunto. C.76.

His obtinendis coadunatio hominum minimum

duorum vel trium interueniſſe narrator. Si contra receptatores, diffidatoresuè, victualiauè denegantes agatur, ſine coadunationis mentione, delicti duntaxat notorietas allegator, vel aliqualiter ſaltem probator. Aliter proceſſus (niſi ex narratis eædem qualitates colligi poſſint) nec decernuntor. Etiam conatus huc pertineto, ſed mitius punitor.

Diſtinctio eadem in narratione violentiæ adhibetor.

Dolus vtrobiq;, ſed in genere factum aut indicia eiuſmodi, vnde dolus præſumatur, exprimuntor.

Mandata reſtitutoria, vnà cum citatione, ſuper fractâ pace petuntor.

Et ſi in citationis puncto accuſatio ex defectu probationum non ſubſiſtat, tamen in Cam. non eo minùs pronunciator, nec ad ordinarium cognitio remittitor.

Accuſato poſt litem conteſtatam mortuo, heredes intra 30. dies vtiles acta rata habento, in inſtantiam ſuccedunto.

Mortuo reo, inſtantia ratione banni, non etiam reſtitutionis, damnorumq́ue perimitor.

Quo lite pendente, ſiue ea conteſtata fuerit, ſiue non, vitâ functo, heredes non ſecus ac ipſe tenentor, vel eo nomine tranſigunto.

R.57. Accuſatione ad pecuniariam pœnam directâ contra heredes, quod iuris eſt, pronunciator.

Mandato de reſtituendo relaxandouè cum clauſulâ, vnà cum citatione ſuper fractâ pace obtento, ſuper eodem facto, ſi res ferat, etiam ſine clauſulâ mandatum impetrare, in eoq́ue variare liceto.

Manda-

Mandata ſuper conſtitutione religionis.

Super pace religionis, perinde vt ſuper pace publicâ, citationes & mandata de relaxando vel reſtituendo cum clauſulâ decernuntor. R.70. 72.

In cauſis religionem concernentibus vtriuſq; religionis adſeſſores, pari ſemper numero, partim vetuſtiores, partim iuniores deputantor. Senatuum in ordines facta diuiſio concludendique modus ad religionis etiam controuerſias pertineto. M.60.

Supplicationes ſuper conſtitutione religionis maturè expediuntor. M. 61.

Supplicationes ſuper conſtitutione religionis & pacis, quarum occaſione ſæpius paria vota contigerint, vſque ad Cæſaris ſtatuumuè deciſionem indeciſæ in Cam. relinquuntor.

Mandata ſine clauſulâ.

Super quatuor caſibus, puta facti omne iure prohibiti, vel contra rempublicam, damni irreparabilis, & periculi moræ alijsque ſimilibus cauſis ſine clauſulâ mandata contra immediatos decernendi Camera ius poteſtatemque habeto, eaque citra conditionem impedimentumque exequitor, contra non parentes ad mandati pœnas proceditor. O.p.2.t.23

Si quis poſt factam paritionem pœnamuè perſolutam eo nomine experiri velit, id in foro competenti facito.

His mandatis citatio ad videndum ſe declarari, &c. adnectitor. 70.

Contra mandata ſine clauſulâ exceptiones nullæ ad- C.76.

mittuntor: præterquam ſub & obreptionis, maleficij, narratorum, aut præcipuarum qualitatum negatio, denique omnes exceptiones, quæ impediunt implorari officium iudicis, velut inprimis banni, & excommunicationis.

Hæc mandata ſubditis ſine informatione ne decernuntor, ne rebellandi facilè occaſio miniſtretur.

Caſus omnes haud facilè quis enumeret: ſunt tamen expreſſi, quatuor caſus item litigioſæ poſſeſſionis ob metum armorum, de non offendendo, pignorationis, arreſtorum inhibitionis, compulſorialium, inhibitionis noui operis, etſi partes non ſint Cameræ immediatè ſubiectæ.

Mandata ad pœnam dupli in cauſis contributionum ſecundum tenorem Receſſus Imp. Anno 82. non cum, ſed ſine clauſulâ decernuntor, niſi videlicet vel petantur cum clauſulâ, vel alia ſubſit iuſta cauſa.

79. Super noui operis nunciatione mandata ſine clauſulâ tantiſper dum de opere reſtituendo idonea cautio offeratur, decernuntor.

C.55. Cum mandatis ſine clauſulâ omnibus citatio ad docendum &c. ſimul vel petitor, vel proceſſus denegantor: Ad exceptiones contra mandata ſine clauſulâ procurator arbitratu ſuo vel tempus poſtulato, vel per generalia ilicò ſubmittito.

Si in cauſis mandatorum ſine clauſulâ primo termino nec excipiatur, nec de paritione doceatur, ſed vlterior terminus petatur, tempus eò breuius ad docendum de paritione, præſertim ſi periculum ſit in morâ, cum euentuali comminatione præfigitor.

Ad

Ad replicandum breue tempus, deinceps nullum vlterius in puncto paritionis admittitor. 16.

Ex hoc t[illegible]ulo relaxandus captiuus ad promissionem de se iterum sistendo, ne tenetor. Idem sine vllâ pecuniæ numeratione, & cum omni omnino causâ, puta omni receptâ pecuniâ expensâ, rebusque quauis ex causa ablatis restituitor.

In his mandatis, si primo termino nec excipiatur, nec de paritione doceatur, tempus ad docendum &c. pro loci distantiâ duorum vel summum trium mensium indulgetor. Vide declaratio pœnæ §. pen. Expensarum condemnatio §.4. Handlung in specie §.1.

Mandata super pignoratione & captiuis.

Immediatus si immediatum eiusuè subditos, vllâ ex causâ, extra maleficium, pignorauerit, ceperitue, in Cam. mandata pœnalia sine clausulâ de restitutione in continenti facienda, vel de captiuo sub solitâ obligatione iuratâ & elogio de non vindicando carcere, quas alij literas exultionis siue securitatis vocant, non tamen aliter, quàm sub pacto de se iterum sistendo, cum adnexâ citatione ad docendum de paritione, & articulandum de iure pignorandi capiendiuè, vel videndum se declarari in pœnam mandati, impetrantor. Dehinc in Cam. tàm super iure pignorationis, quàm pœnâ commissâ celerrimè proceditor, & si patet actorem iure pignorasse, tum is pignora restituta captiuosque relaxatos cum expensis & damnis recipito, saluâ actione principali vtrique parti suo loco proponendâ. O.p.2.t.22

His

His mandatis clausula restituendi relaxandiuè sine vlla pecuniæ numeratione adijcitor, obtinetoque. Pignoribus per culpam vel negligentiam pignorantis corruptis, vel consumtis, vel precio a pignorato redemtis, æstimatio preciumuè loco rei restituitor.

67. Pignoribus inter eosdem super eodem iure repetitis, punctus paritionis duntaxat dirimitor. Citationis punctus ad primam eo nomine intentatā actionem reijcitor.

68. Exceptiones contra mandatum impertinentes non admittuntor.

Post paritionem factam reijciuntor: paritionis punctus in nouis peragitor.

C.76. Pignoratio non nisi in re tertiâ & innocente committitor: Captarum tamen personarum, etsi controuersæ sint, ratio habetor.

Mandata dē non offendendo cum pignorationis processu decernere liceto.

Singulæ pignorationes mandata singula requirunto: In petitione interesse non solum quod naturale inest, sed & ratione vsus destinati intelligitor. In narratis ius controuersum in specie exprimitor.

In pignorationum causis possessorium ordinarium plenè discutitor.

In primo statim termino de paritione docetor, vel sub euentuali comminatione breuis terminus præfigitor.

In citationis puncto, vt alijs causis, terminum ordinationis obtineto.

Rei pignoratæ deterioratio ceu in fraudem facta attenditor.

79. Maleficij exceptiones ne reijciuntor: Subditorum vniuersitatumuè ablatis pignoribus æstumandis, eorum quoque

quoque nomine procurator mandatum ſpeciale & ſufficiens exhibeto: Vbique hac in re æqualitas ſeruator.

Fructibus naturaliter ademptis, vtique ſi de his ipſis controuerſia fuerit, pignoratio nulla admiſſa intelligitor. C.91.

Inſpectio cadaueris, vulnerumuè menſura deſumta ad ſimplicem potius poſſeſſionis meri Imperij turbationem, quàm pignorationis conſtitutionem pertineto.

Inter duos de meri Imperij iure controuertentes, etſi criminoſum in loco litigioſo iam ab altero càptum, alter inter ducendum vi eripiat manibus, mandato tàmen locus ne eſto.

Sin præda venationis, piſcationis, aucupijuè ſic in perſequentis poteſtatem peruenerit, ita vt euadere amplius nequeat, tum ea porrò pro re tertiâ & innocente cenſetor.

Rebus in conſtitutionis fraudem corruptis, veluti retibus conciſis, occiſiſuè canibus, aut armentis in flumen actis, proceſſus non ſecus, quàm pro iiſdem rebus ablatis decernuntor.

Si vino vendibili hedera appenſa, affixauè, vel caſtro litigioſo inſignia non ſolum abijciantur, ſed & confringantur, corrumpanturuè, & harum & quarumlibet aliarum viliſſimarum rerum reſtitutio per mandatum, habito rei ſignatæ ſeu ipſius controuerſi iuris reſpectu, iniungitor.

Deiectio nuda pro turbatione ſimplici habetor.

In pignorationum cauſis damna iniuriâ data, & expenſæ à verberato fortè in medicos factæ, & quicquid denique occaſione pignorationis pignorato vlla ratione abeſt, in æſtimationem venito. Vide cautio. 5. 3.

Mandata super constitutione arrestorum.

R.70. Si quis immediatus alterius immediati res subditosuè eorumuè bona arrestauerit, nec arrestum ad oblationem idoneæ cautionis iudicio sisti, & de iudicato soluendo relaxauerit, arrestatus in Cam. mandatum sine clausulâ cum annexâ citatione ad docendum paritionem vel videndum, &c. obtineto. Post paritionem causa principalis ad forum ordinarium remittitor.

R.76. Quid arresti nomine contineatur propriè, & an eum quoque comprehendat, qui rem animo sibi habendi ad se transferat, sub iudice lis est. Conuenit tamen arrestum etiam dici, quod quisque status in propriá causa seu pars de facto imposuerit. Et arresti quam turbationis nomen angustius esto.

In arrestis ligiosane & nocens, an res tertia detineatur, ne considerator; cautionis oblatæ instrumento, si vel oblata dicatur, vel offeratur idoneè, opus ne esto: paritionem tamen oblatio præcedito.

Constitutio ad præteritos quoq; casus extenditor.

Si in primo termino de paritione non docebitur, comminatio euentualis decreto adnectitor, breuis terminus præstituitor.

De causâ principali disputationes amputantor. Exceptiones aliauè primo termino producta ad referendum dantor.

Rei arrestatæ periculum ad arrestantem pertineto, & cum omni causâ res restituitor.

Constitutionis requisita hæc censentor. 1. Immedietas vtriusq; partis 2. arresta personæ, bonorumuè, vel proprio-

propriorum, vel ſubditorum. 3. Iuſſus vel ratihabitio arreſtantis ſtatus. 4. Cautionis oblatio. 5. Cauſa ciuilis.

Exceptiones hæ locum habento. 1. Cautionis non idoneæ. 2. defectus iuſſus, ratihabitionis. 3. rem propriam eſſe arreſtantis, & impetranti nullum ius in ea competere, ſecundum quoſdam. 4. Medietas alterutrius, ſeu exceptio fori competentiæ. 5. Rem eſſe litigioſam, & alibi in iudicium deductam. 6. Cauſa criminalis ſi ea talis ſit, vt nihilominus ad oblatam cautionem relaxatio de iure fieri debeat. 7. Arreſtum Iudicialiter per interlocutoriam vel executoriales obtentum. 8. ad Inſtantiam tertij factum.

Contra magiſtratum ex officio quietiſque cauſâ facinoroſos comprænhendentem, ſubditisuè rebellibus, mandata de relaxando ſuper conſtitutione arreſtorum ne decernuntor. 77.

Arreſta parte petente à magiſtratu decreta, mandato ſine clauſulâ locum ne faciunto. Vide Cautio §. 4. C. 90.

Mandata auocatoria.

Arma contra conſtitutionem pacis publicæ mouentes inuaſionemuè ac vim meditantes, à Cæſare, Cameraue, inſtante eo qui vim metuat, ſeque iuri offerat, vel fiſcali, ſub pœnâ banni, à vi atque armis ad ius iudiciumq; auocantor. O.p.2.t.9.

Non parentes, ad celerem fiſcalis perſecutionem, in pœnas fractæ pacis incidiſſe ab ijſdem declarantor.

Interea contra opem auxiliumque ferentes, pariter auocatoria mandata decernuntor, ſtatusq; vicini oppreſſos tueri ac defendere iubentor.

Mandata de non offendendo.

Ob minas vel ſolas decernuntor, ſi tamen minitans & ſoleat & poſſit lædere. Subditis contra magiſtratum, contrauè eum, qui ſe in ſua poſſeſſione defendat, temerè ne concedunto. Probanda ne ſint narrata in proceſſibus extrahendis in medio relinquitor. Narrata ſuper conſtitutione pacis publicæ concepta ſunto, nec tamen ſcrupuloſè anxieuè nimis (ob modicum mandatorum præiudicium) inquiſita exiguntor, ſufficitoque, ſi taliter qualiter de periculo contra pacem publicam impendente conſtet.

Mandata de non offendendo cum pignorationis proceſſu decernere liceto.

Mandata procuratoria.

Vide procuratorum mandata.

Manualia.

Vide de officio lectorum §. pen. protocolla §. 6.

Menſes.

Vide dierum dinumeratio.

Miſſio in poſſeſſionem.

Vide banni executio, proceſs. contra reum §. 2. vlt. & paſſim.

Moguntini munus & autoritas.

O.p.1.t.26 Moguntinus protonotarios, notarios, lectores, præfectum, aliaſque Cancellariæ perſonas ſuo arbitratu deligito.

Defectibus Cancellariæ, & rerum gerendarum obſtaculis

culis ad eum per præfectum delatis ipse vnà cum commissarijs & visitatoribus annuis de reformatione cogitato.

Visitationes annuas perscribito, eoque consiliarium suum semper mittito, statuum querelæ de Camera sub Cal. Mart. ad Moguntinum deferuntor, post in visitationibus deciduntor. O.p.1.t.27

Moguntinus præter Cancellarium & vnum nobilem alium quoque ICtum visitationibus annuis adhibeto. R.76.

Vide deputation Tag §. 1. resolutiones dubiorum §. 1. Reuisio §. 1.

Moneta.

Reichß Müntzen/ Monetæ Imperiales ne aliter, quàm secundum Edicta & recessus Imperij monetas concernentes, recipiuntor, expromantorue. R.76.

Ex his ducati pro 104. Cruzeris, aurei Rhenenses verò pro 72. Cruzeris, Philippi Regis thaleri, Paulini, Testoni, tres Cruzeri pro monetâ probâ ne habentor.

Non solum in Expensarum, sed & alijs quibusuè designationibus æstimationibusuè computatio in monetâ Imperiali solùm initor. C.90.

Vide Cam. Unterhaltung §. vlt. Expensarum designatio §. vlt.

Monitoria.

Procuratoribus nomine æstimatorum laborum monitoria, ob salaria annua citationes decernuntor. 59.

Vide actorum æstimatio §. 3. de offic. fisci §. 9. Cantzley Gelds exactio §. 2. 3. 5. Handlung ersten Termins.

Neglecta.

Vide absentia adsessorum §. 2. 3. 5 vlt. Adsessorum M. 57.

 habitus

habitus §.vlt. Neglecta Iudicis, reliquorum more, ne inter Adsessores præsentes distribuuntor, sed in præsidij causâ, cum alijs ad conseruationem Cameræ destinatis, seponantur.

C.17. Veniâ obtentâ, dies abitus reditusque deputatis scripto manus propriæ significator: id dum fiat, inuè Senatum redeatur, inde à die veniæ negligitor.

A præside solo, siue duobus Adsessoribus impetratâ veniâ, iustæ excusationis causæ admittuntor.

Tempora absentiæ de momento in momentum computantor.

Tres absentiæ dies ita in sex septimanis computantor, si fuerint iuridicæ.

Post octiduum ab impetratâ veniâ sine nouâ licentiâ discedentes (extra quam si certum tempus in petendo designarint) negligunto.

Cal. Maijs absentes exinde nullá obstante veniá negligunto.

Veniâ à visitatoribus obtentá, à collegio quoque impetrator, post ordinationis licentiæuè tempus indistinctè negligitor.

Abeuntes citra veniam & salario & altero tanto per tempus absentiæ mulctantor.

Impediti morbo deputatis id scripto, sub neglectorum pœná, significanto. Interim tàm ipsi, quàm legitimè absentes emanentesuè, quoad vel conualescentiam coràm, vel reditum in scriptis deputatorum alteri indicarint, neglectorum partem nullam faciunto.

E Senatu Iudicioue emanentes, ni prius iudicipræsidiuè scripto manus suæ causam in specie allegarint, pro temporis ratá negligunto.

Vide

Vide absentia Adsessorum è Senatu §. 3. 4. 5.

Nomina in specie exprimenda.

Tutorum, hæredum, consortium, aliorumq; qui processibus petitis comprehendendi sunt, nomina in libellis supplicibus eduntor, non in executionem reijciuntor. O.p.2.t.22

In causis etiam appellationum omnes in specie nuncupantor, sub pœná arbitrariá. 64.

Processus quamuis in genere decreti, nisi nominatis personis, ne exeunto, neue expediuntor. Vide Handlung Mündtlich. §. 3. 4. 64.

Notarij Cameræ.

Ab Electore Moguntino creantor. O.p.1.t.26.

Præter duos priores Notarius alius ad complendum, fiscalibusque causis ab eodem adiungitor. 56.

Ob auctos labores ab eodem adhuc vnus alterue adijcitor. 70.

Vide de officio Notarij.

Notarij Immatriculatio.

Notarij, quibus causis ex officij ratione adhibiti fuerint, in ijs à sollicitando & curando abstinento. O.p.1.t.39

Documenta legalitatis ad Cancellariam missa à Iudice adsessoribusq; duobus & præfecto examinantor, quod ij statuerint, ratum esto. 56.

Nemo Notarius in albo Cameræ inscribitor, qui non ante per deputatos in Cam. rigide examinatus, & idoneus repertus sit. 60.

Iudicium tamen & Adsessorum æstimatio esto, 67.

an ratio-

an ratione loci diſtantiæ, & aliarum circumſtantiarum ad magiſtratus, Conſiliariorumuè (qui ſeuerè notarios prius examinauerint) commendationem admittendi, an huc ad examen vocandi videantur.

Vide proceſſuum executio per notarios, relationes nunciorum.

Nouarum ordo.

Vide Vmbfrag in nouis.

Nullitas.

O.p.2.t.28 In criminalibus cauſis appellationes ne admittuntor: ſuper nullitate tamen proceſſus decernuntor, eâque probatâ, cauſa ad priorem iudicem, & ad ritè ordineque procedendum remittitor.

O.p.3.t.34 Nullitas ſimul cum iniquitate ſententiæ deducitor, idque alternatiuè, vt primùm nulliter, & ſi nullitas nulla appareat, tum demum iniquè iudicatum eſſe pronunciari petatur.

Sed ob nullitates, niſi cauſæ principali irreparabile damnum inferant, proceſſus priores in Camerâ ne reijciuntor, & nihilominus in cauſâ principali cognoſcitor.

Nullitas incidenter propoſita cum iniquitatis puncto iiſdem terminis deducitor, & eo, qui appellationi præſcriptus eſt, modo proceditor, niſi ea deprehendatur prioris inſtantiæ euidens nullitas, quæ ratificari in altera non poſſit: Tum enim vel ante litis conteſtationem, vel ex officio, deſuper cognoſcitor pronunciatorque.

Si nullâ interpoſitâ appellatione nullitas principaliter proponatur pro modo extraordinariarum ſimplicis querelæ peragitor.

Nulli-

Nullitatis vtroque casu causæ in specie per procuratores designantor.

Nuncij Cameræ.

Nuncij nisi fidi, probíque, & idonei, literarumque periti à Collegio ne recipiuntor, inhabiles ineptique dimittuntor. O.p.1.t.36.

Numero duodecim, vel plures, si sit opus, constituuntor.

Vide BotenBüchs/ de officio nunciorum. Processuum executio per nuncios, de Relatione nunciorum.

Officium Adsessorum.

Soli iudicio Cam. vacanto, ab alijs negotijs, mercaturâ, aduocando, consulendouè alienis in iudicijs & litibus penitus abstinento: â Cæsareis atque alijs commissionibus immunes sunto: à iure dicundo & officij ratione nullo iureiurando, vinculouè auertuntor. O.p.1.t.6.

Non ex proprio nudouè arbitrio, & conscientiâ, sed legibus constitutionibusque publicis, & priuatis consuetudinibus ius dicunto, idque æquabiliter inter omnes sine ambitu expediunto.

Nullis negotijs præterquam Cameralibus, puta relationibus, votis, & sententijs concipiendis impediuntor. In Senatu nihil, quod à re propositâ animum auocet, tractanto: In relationibus audiendis diligentes & attenti sunto.

Nemo alteri sibiuè impedimento esto: sine causâ collegio approbatâ nemo ordinem referendi peruertito. In puncto horæ Senatui adsunto, nec nisi ex impedimento necessario cæteris moram inijciunto.

Litigantium, vel causæ adfines, atque propinqui, consensu Iudicis, causâ facessunto: Sin minus, coniunctionem procuratores iudici opportunè & clanculum detegunto: is quod æquum erit, statuito. Quas ante munus Adsessorum egerunt causas deserunto, extra quam si eos res ipsa, vel propinquitate, vel arctâ affinitate iunctos tangat, Quo casu consulendi potestatem habento.

53. Negotia propria extra Senatus iudicijque tempus curanto.

M.56. Gnaden Geldt â nemine capiunto, vel saltem (quod à D. Berlebschio factum) durante munere ei renuncianto.

De minacibus ad se datis literis apud Cæsarem vel scribentis magistratum conqueruntor, vel semet iunctim debito modo defendendi respondendique licentiam habento.

Officium Aduocatorum.

74. Aduocati Cameræ publicationi sententiarum in honorem iudicij interueniunto, suasque sedes solitas occupanto.

Ipsi eorumq; substituti Cancellariam ne ingrediuntor, neuè transeunto, desideria sua foris proponunto.

58. Et si productis se non subscribunt, eam tamen in ijs fidem diligentiamque adhibento, ne quid inde clientibus nascatur præiudicij.

78. Producta diligenter conficiunto, subscribuntoque, locosque ex actis prius productis sine designatione paginæ ne alleganto.

In

In puncto executionis causarum merita ne repetunto sub pœnâ arbitrariâ. 56.

De officio Cameralium in genere.

Iudex, adsessores, protonotarij, & lectores neminem litigantium, exuè his qui ijs quouis modo adsunt, causasuè instruunt, domi suæ, vel in conuictu quotidianauè & frequenti conuersatione habento, sed eorum congressu, conuictu, cohabitatione abstinento, sic omnes sinistras suspiciones declinanto. O.p.1.t.13.

Acta, opinata, conclusa in consilio, sub iuramento præstito, clàm perpetuò arcanaque habento, nullius rogatu reuelanto.

Ne referentium nomina vulgentur curanto: consilia cuncta arctissimo silentio premunto.

Officium personarum Cancellariæ in genere.

Cæsari eiusuè vice Cameræ iureiurando deuinciuntor: huic coniuncti, parsque eius sunto. O.p.1.t.26

Eorum resignatio dimissioque sex ante abitum mensibus significator.

Ex consortibus eiusdem functionis alter alterum officio abeuntem interuallo trium mensium, nec minus, subsequitor.

Procuratoribus sollicitantibus debito modo respondento. 57.

Defectus erroresuè supplicationum vel productorum minus rectè formatorum ad collegium deferuntor. 60.

Officium serui Cancellariæ.

O.p.1.t.32 Horis solitis cancellariam tempestiuè aperito claudito que, rectè custodito, ante fores expectato, iussa capessito.

59. Scribam accersens causam vel in aurem vel omninò non exprimito.

Officium Deputatorum.

76. Extraordinarijs causis iudex peritiores ex officio adhibeto, deputatoque. hi si id videtur, rem integram ad duos senatus reijciunto: nulla præ cæteris prærogatiuâ gaudento.

Extra relationum vel audientiarum tempus conueniunto, nisi necessaria causa iudicem Vicariumuè mouerit in diuersum: id si fiet eorum interim munere alij defunguntor: ipsi quotannis iudicis arbitrio mutantor.

Officium deputatorum fisci.

O.p.1.t.16. Decreto Collegij duo adsessores seu deputati rationali adiunguntor, sine horum autoritate & consilio nemo ex fiscali causâ conuenitor: ipsi iusiurandum in rem fisci commodaque præstanto.

R.57. Deputatis duobus alij duo adiunguntor: Hi quatuor omnes interlocutorias in fiscalibus causis expediunto extra ordinem.

Per semestria bini liberantor, & duo alij, ex Iunioribus alter, alter ex Senioribus, ijs sufficiuntor.

Officium fiscalis & Aduocati illius.

Fisci procurator vir bonus, doctus, ICtus, fiscalium rerum peritus esto. Ei aduocatus doctus, & industrius adiungitor.

Hi

Hi solis fiscalibus causis non alijs occupantor.

Procurator impeditus præter proprium aduocatum in suum locum neminem adhibeto.

Procurator fisci arbitrio deputatorum pareto: aliàs à Collegio coërcetor arbitrariè: si quem sine eorum voluntate conuenerit, expensas de suo sarcito. Cæterùm fiscus ipse, si sic Camera pronunciabit, refundito. Idem in fisci reditus diligenter inquirito: Pœnam ex causis fractæ pacis partim exigito, nullum casum exigendæ pecuniæ mulctæ nomine debitæ negligito. Cameræ hac in re adiumento vtitor. O.p.1.t.16

Reliquatores contributionum Quæstor ad fiscalem deferto, is iure iudicioque reliqua inferri adigito. O.p.1.t.40

Contra moratores soluendarum contributionum ritè procedito. 34.

In scriptis agito, breuitati studeto, legibus reliquorum procuratorum subiaceto. O.p.1.t.17

Causas omnes fiscales ad Cameram ex consilio deputatorum pertrahito. O.p. .t.30

Vetustiores causas primas proponito, æqualitatem seruato. 56.

Nullius cuiusquam, præterquam Cæsaris & statuum mandato contrario, inde dimouetor.

In Cameræ quoque contributionibus conferendis morosos acriter persequitor. R.66.

Vt contributiones soluantur, cum quæstore vnà procurato: eâ in re albo Imperij vtitor. Si quid incidet dubij grauioris, deputatos, atque etiam, re exigente, iudicem consulito: ea re monitoria pœnalia contra non soluentes obtineto. 67.

Si duo pluresuè feudum regale, statum aliquem, aut R.76.

potentatum eine Herrschafft pro indiuiso possideant, contributiones ab eo qui castrum familiæ das Stamhauß possidet, iudicio postulato.

10. In causis executionum summariè & de plano procedito, conclusionem accelerato. Vide compulsoriales §. 3. Vide Cameræ Vnterhaltung §. 6. Banniti declaratio §. 1. 2. Banni absolutio §. pen.

Officium Iudicis Cameræ.

O. p. 1. t. 1. Iudex Cameræ imprimis princeps ecclesiasticus, vel sæcularis, aut saltem Comes, vel Baro, isque idoneus & peritus esto. Secularis ecclesiastico, si extet, præfertor.

t. 3. Idem strenuus, in Imperio Germanico natus, eius legum & consuetudinum peritus, dirigendi quoque & expediundi litium processus gnarus, & autoritate inter Camerales pollens potensque esto.

t. 9. Idem Iudicij totius caput & norma, atq; ordinationis Cameræ gnarus, & custos vindexque acerrimus esto. Sub iuramento præstito negligentes & delinquentes punito, mulctas per Pedellum colligito, nemini vlla ex causa parcito: deniq; talem se gerito, vt & apud adsessores & alios honor reuerentiaque, & in exequendo munere autoritas inuiolata sibi consistat.

62. In obeundo munere assiduus seuerusque, secundum ordinationem esto, cum debitâ tamen moderatione, ordinis huius hominibus conueniente.

t. 10. Iudex eiusuè vice præsides Den neben Räthen adsistunto: relationes & suffragia diligenter obseruanto, vt hic omnia ritè peragantur, prouidento.

Contraria superfluaque amouento, celeritati & expeditioni studento. Litigatoribus procuratoribusuè eorum

eorum importunius pro ſententiâ inſiſtentibus hoc ſolum Iudex reſpondeto, relatas in ſuo ordine cauſas,& nequis, quando, quouè in Senatu ſit relaturus, innoteſcat, caueto.

Adſeſſores in certos ſenatus diſtribuito, vt quiſque manè ſuo ſenatui adſit in tempore, operam dato, neque in communi ſenatus conclaui prius conuenire permittito.

Ordinem in referendo votandoque ſeruari curato: ſi quis ſe eximere conabitur, eum ipſe ſeuerè eius rei cauſam rogato.

In ſæpius id, & ſine cauſâ facientes conſtitutionem de Adſeſſoribus incapacibus exerceto.

Relationes & vota ne interturbato, neuè interpellari ab alijs ſinito, nemini interim diſcurrere, aſſurgereuè, aut aliena tractare permittito.

Iteratò ſententias tum demum rogato, ſi iuſta cauſa ſubeſſe videbitur.

In ſecundâ vel tertiâ rogatione priora prolixè repeti inculcariuè prohibeto.

Operamque dato, vt iniuriarum, diſſidiorumque occaſiones præcidantur, amicitia & concordia inter Adſeſſores firmetur: in contentioſos contumelioſosque de ſententiâ adſeſſorum aduertito.

Iudex cum Adſeſſoribus vnà audiendis cauſis, cùm *t. 11.* nouis, tùm antiquis, ordinem ſtatuito.

Sine cauſâ iuſtâ ſubmittentes procuratores coërceto, inque expenſas moræ citra præiudicium partium condemnato.

Longiores nec neceſſarios receſſus interpellato, in ſcriptis agere compellito.

Procu-

Procuratorum verba superflua celeritatemuè in loquendo nimiam inhibeto.

M.59. In eos qui arcana Iudicij efferre putabuntur, diligenter inquirito, punitoque.

71. Apud referentes de causis à quoque referendis, submissionibusque, pòst in Cancellariâ, an eædem vetustiores priuilegiatæuè sint, inquirito. Ordinem temporis interuertentes, eius rei causas exposcito.

Officium lectorum.

O.p.1.t.3. In complendis actis auxilio notarijs sunto, submissiones in actorum fronte adnotanto, producta & articulos suis quæque locis disponunto, submissiones omnes simul referendas curanto.

Alternis in iudicio vicibus sedento, producta recipiunto, signanto, de more inscribunto, decreta & conclusiones notanto, & actis inserunto.

Ad fornices seu scrinia actorum lectores simul præsunto, & quicquid vnquam desiderabitur, inde assiduè promunto.

In neutrum Procuratores substitutosuè aliosuè ad acta minimè pertinentes admittunto, sed foris transigunto.

Aequalitatem inter partes seruanto, alteram præ alterâ celerius ne expediunto.

59. Inrer Adsessores quoque distribuendis causis veteribus nouisque æqualitati studento.

Causas connexas ne distribuunto, sed vni referenti tradunto: Vetustiores causas ante alias omnes promouento: vt ijsdem causis ijdem referentes continuentur, curanto.

Ne

Ne leuiores causæ in fornicibus detineantur, neuè eædem secundò referendæ tradantur, prouidento.

Submissiones ratione prorogationis termini, dilationum, Responsionum, admissiones Commissariorum, & legitimationum Procuratorum, ad referendum ne traduntor, neuè pro interlocutorijs per lectores adnotantor, nisi ex magnâ causâ iudex id ita iusserit. 65.

Manualia secum domum deferentes per lectores notantor, Post visitatoribus sub fide iuramenti præstiti, Bey jhren Pflichten deferuntor.

Nullam relationem in puncto responsionum, termini, vel prorogationis, pro relatione ordinariâ lectores notanto. 85.

Vide actorum completio §.3.4. actorum copia. §. 1. 2. Actorum restitutio passim Handlung in Schrifften §. 5. Cameræ Vnterhaltung §. antepen.

Officium Notariorum.

In protonotarij locum Notarius à Præfecto iudicio adhibetor. O.p.1.t.11

Notarij suas vices per se, non alios obeunto. In Senatu & iudicio idem quod protonotarij iussi faciunto, quibus vt suo tempore succedere possint, sese instruunto. O.p.1.t.19

Acta conclusa cum lectoribus vnà celeriter complento: vt submissiones in causis spolij, purgationis, & executionum præ alijs ad referendum dentur, vidento.

Vide absentia Cameralium in genere §. vlt. officium protonotarij per tot.

Officium Nunciorum.

Singulos equos suis sumptibus alunto. O.p.1.t.30

Quem ordo tanget, aſſiduus in Cancellaria eſto: itineri maturè accingitor.

Mandato accepto protinus diſcedito, nec, dum addantur proceſſus plures, præſtolator, niſi ex cauſâ & permiſſione Deputatorum.

Proceſſus à nemine, præterquam nunciorum magiſtro, eiuſuè mandato, ſuſcipiunto, nec niſi dimiſſione ab eodem impetratâ, & eius codici inſcriptâ.

Reuerſi rectà coram eodem comparento, & libro, quo executio facta continebitur, ſubſcribunto.

Pecuniæ in commune redigendæ eidem rationes reddunto, traduntouè citra maledictum, maleficiumuè.

Nummos, ſi quos procuratoribus deferendos à partibus acceperint, ilicò reſtituunto.

In exequendo modeſtè ſe gerunto: accepti durius, placidè ob officij neceſſitatem ſe excuſanto.

Impedimenti, ſi quid in itinere contigerit, documen-
36. tum fide dignum domum reportanto, & Cancellariæ inferunto. Vide documentum 5. pen.

Officium nunciorum deputati & Magiſtri.

O.p.1.t.26 Nunciorum magiſter ex perſonis Cancellariæ crea-
35. tor. Proceſſus expeditos equeſtri nuncio, quem ordo tanget, exequendos demandato, nec permittito eos à procuratoribus relinqui in Cancellariâ, vel pro libitu, cui velint, exequendos committi.

Ordinem & æqualitatem inter nuncios ſeruato. Executiones commiſſas conſcribito. Earum relationes audito, diem reditus nuncij adnotatò, hæc omnia ab eo ſubſcriben-

ſcribenda curato; ſupra mercedem accepta in capſam communem die Büchs inferto, per trimeſtria inter nuncios diſtribuito.

Nuncios commiſſione acceptâ è veſtigio proficiſci iubeto. Audientijs in nouarum ordine adeſto.

Executiones ſine ſuo iuſſu permiſſuuè factas poſtridie in Senatu indicato. Præfectus nunciorum magiſtri deputatus eſto: Controuerſias inter ipſos vel cum alijs natas dijudicato, vt rectè & ex ordinationis præſcripto munere defungantur, prouideto.

Executiones nunciorum minimè legitimas Magiſter 56.
ne recipito, neuè ſubſcribito.

Eiſdem eas ne præſcribito, nec niſi vti oportuit con- 57.
ſcriptas, ſubſignato.

Quoties poſt termini vel fatalium lapſum reproducatur, diem Magiſter notato.

Proceſſuum in Cam. ſollicitatorum, obtentorumque 58.
nuncioq; traditorum diem, & quando is redierit, quaque die executos proceſſus procuratori reſtituerit, ſimul moneto.

Proceſſus plures, quàm vt tempore iuſto inſinuari poſſint: ſimul vni ne committuntor.

Officium Pedellorum.

Ante Senatus conclaue continuò excubanto, illud O.p.1.t.34
iuſſi aperiunto, clauduntoq;: mandatis diligenter parento. Tempore Senatus habendi, interq; referendum ne ingrediuntor, neuè interſunto.

Supplicationes exhibituri fores pulſanto.

Ordinem ſedendi in audientijs obſeruanto, æqualitatîs ſeruandæ cauſâ indici inſcribunto.

In iudicijs procuratorũ receſſibus attendunto: producta

recipiunto, lectori sedenti tradunto: vt foribus apertis, & cum silentio transigatur iudicium, prospiciunto.

Proclamata decreta loco confestim solito exequuntor, facta renuncianto.

56. Camerales, si conueniendum sit, conuocanto.

57. Vtrasque fores ne simul pandunto.

Diebus etiam festis rebus expediundis præsto sunto.

76. Non comparentes ex officij ratione Procuratores obseruanto, nomine iudicis mulctas exigunto.

64. Aureos proclamatis in fiscalibus seuerè exigunto, Fiscali restituunto.

Officium præsidum.

71. Præsidibus Adsessores, cæterique Camerales, tanquam Imperatoriæ Maiestatis vicibus cum iudice simul in iudicio & senatu fungentibus, eamque repræsentantibus, in obeundo munere parento: Iudicis in eo inspectio esto.

In causas submissionesque referendas, & vetustiores, num ex priuilegiatæ sint, inquirunto.

Non ritè causarum ordinem seruantes, causas roganto.

Commissas Adsessorum pœnas seuerè & sine respectu exigunto, inter neglecta distribui curanto, eius rei in visitationibus, si opus sit, rationem reddunto.

73. Ad supplicationum distributionem alternatim semper comparento.

74. Relationibus interueniunto, easdem promouento, aliena à proposito & πάρεργα prohibento.

75. Expeditioni supplicationum, & ne iterum tertiouè frustrà supplicetur, æqualitati quoq;, studento.

Offici-

Officium Procuratorum in Iudicio.

Procuratores cuncti in iudicio ſemper ante ſententiarum publicationem comparento. O.p.1.t.25

Inde ſine Iudicis licentiâ ne recedunto, â geſtibus, verbis,& actibus minus honeſtis abſtinento.

Dicta falſa, ſcommata, vanitatemque verborum vitanto, neminem laceſſunto, linguâ vel ſcripto. Omnia modeſtè, breuiter, atq; aptè proponunto.

Aliena ne tractanto, nemini obſtrepunto, intenti ora tenento, ſuo tempore ſponte, non moniti, quæ Principalium ſuorum cauſa requirit, proferunto.

A receſſibus longioribus temperanto. Neceſſaria ad calamum dictanto, aliena à re omittunto. Suum quiſq; dicendi ordinem exactè ſeruanto.

Nemo alterum interrumpito, quem ordo ſemel præterierit, is dum recurrat, expectato.

Exceptionibus friuolis, ſubterfugijsque ne vtuntor, quod leges & ordinatio præſcribunt, exequuntor.

Scripta producenda ad ſe miſſa penes ſe ne detinento. 56.

Fiſcali ne maledicunto: ſed muneri cum ſine moleſtiâ vacare ſinunto, vel permittunto. 57.

Exempla productis collata ſimul exhibento. Producta ante exhibitionem perlegunto, emendanto, ſubſcribunto, & ſi magna ſunt, colliganto.

Sententias latas ne cauillantor publicè, neuè ridento.

Grauati querelam ad iudicem modeſtè & ſeorſim deferunto.

Protocolla ipſi ſua diligenter inſpiciunto, conficiuntoque, ſubſtitutis ne confidunto. M.59.

Inter cauſas & punctos diuerſos cautè diſtinguunto, 62.

ambiguas specificationes vitanto. Earundem partium causas diuersas diligenter distinguunto.

67. Sententias publicatas partibus suis assiduè significanto. Producta aduersarij sine morâ partibus suis, eorumuè aduocatis transmittunto, nec aliquandiu penes se detinento.

74. Iudicio in puncto primæ, habitu longo decentique, interueniunto.

In punctis attentatorum, inhibitionis, dationis tutorum & curatorum, alimentorum, nunciationis noui operis, summariè quantum fieri potest, procedunto, quo maturius probationibus auditis, & factâ conclusione decidantur.

Scriptum exhibentes rem ipsam verbaliter ne proponunto.

75. Partium aliorumuè nomina, citra Epitheta seu dignitatis titulos, simpliciter, vt in primâ quoque iudicis interlocutoriâ factum erit, afferunto.

In causis contributionum Imperij, aut conseruationis Cameræ decreta quæcunque publicata ocius partibus suis transcribunto.

Officium Procuratorum erga Cancellariam.

O.p.1.t.24 Exempla è Cancellariâ petita sine cunctatione redimunto, non ad partes reijciunto: In Cancellariâ scrinia ne peruestigantor, neuè cui impedimento sunto.

57. In actorum fornices ne ingrediuntor: Erga personas Cancellariæ modestè agunto.

64. Exempla è Cancellariâ petita expeditaq; vltrò, non moniti, à curatore intra 14. dies ad summum redimunto.

65. Vt cunque procuratores eâ in re esse desierint.

Expe-

Expeditionem obtentorum processuum ilicò in Cancellariâ instanter vrgento. 76.

Officium Procuratorum in genere.

Causas sibi commissas alijs aduocatis iunioribus ne subdeleganto; sin partes consentiant, scripta tamen eorum cum fide reuidunto. 56.

Substitutos ad honorem debitum iudici, Adsessoribus, alijsque ad iudicium pertinentibus vbique locorum habendum deferendumque hortantor. 57.

Eosdem silentio per iusiurandum obstringunto: Si quid eliminabitur, ipsi culpam damnumque præstanto. 60.

Litigantes inuicem sibi ne abalienanto, subtrahuntoque. 64.

In Cameralium contumeliam vel necem si quid fiat, ex fide deferunto. 79.

Officium Protonotariorum.

Munia sua ipsi, non per substitutos, obeunto, nisi ex causâ iustâ morbi, aliaue præfecto Cancellariæ cognitâ & approbatâ. O.p.1.t.28

Eorum vnus assiduè in Senatu & in tempore adesto.

Adsessorum suffragia, præsertim in definitiuis, conscribito, recitato, referentibus subscribenda porrigito, inter referendum, cumq; eius præsentia non requiretur, consensu iudicis, ad munia redito.

Tres sententiarum libros conficiunto Ijs contenta sub iuramentis præstitis, perpetuo silentio celanto, nisi Cæsare eiusue in imperio senatu vicario exigente.

Errores in Protocollis deprahensos Iudici & Adsessoribus modestè indicanto, in Senatu neminem interpellanto.

Tem-

Tempus commeatus dati & reditus cuiusq; adsessoris adnotatum ad Quæstorem deferunto: In iudicio acta prolata alter amboue, iuncto notario, seorsim excipiunto, summâ fide post audientiam continuò in protocolla referunto.

Submissiones leuiores, quæ nec actorum inspectionem desiderant, notanto postridie ex protocollo in mensâ decretorum Bescheid Tisch prælegunto, vt ilicò decreta confici & proximâ iuridicâ publicari rectè queant.

In Cancellariâ sententiarum aliarumq́ue rerum documenta & processus conficere, descripta relegere, & subscribere protonotariorum potissimum munus esto.

Submissiones indici suo inscribunto, Lectoribus tradunto, vtq́ue acta cumprimum compleantur, perficiunto. Procuratoribus ipsi notarijuè denegatorum processuum causas ne produnto.

O.p.3.t.1. Audientiæ cuiusque initium finemq́ue adnotanto.

O.p.3.t.2. Quibus in causis ordinariè aut extraordinariè quoq; die agendum sit, ad factam iudicis interrogationem, palàm denuncianto.

In conscribendis decretis eorundem decidendi causas subijciunto.

M. 56. In iudicio vnà cum solitis recessibus illud quoque excipiunto quod fortè verbaliter simul proponitur & allegatur.

M. 59. Procuratorum dicta ad verbum scribunto, longiores recessus notanto.

Ob negotiorum multitudinem, & propter causarum periculum, extra horas consuetas diebus feriatis conueniunto: quod moram non patitur, expediunto.

71. Horum testimonium in probandâ sollicitatarum è Can-

è Cancellariâ copiarum diligentiâ à procuratoribus adhibetor, & valeto.

Deliberationibus extraordinarijs Protonotarius vel Notarius adhibetor. 76.

Officium Quæstoris.

Ex personis Cancellariæ ordinator: per status Imperij pecuniæ ad Cameræ sustentationem conquirendæ, erogandæque in salaria Cameralium, rationibus eo nomine, idq; quotannis, in visitationibus reddendis constituitor. t.41. Vide Cammergerichts Vnterhaltung §. 3.4.5.7.8. Documenta §. 3. Officium fiscalis §. 3.9.

Contributiones Spiræ in loco acceptas vel in Camerâ denumeratas confestim iudici indicato, eoque, alioue eius loco præsente, in arcâ deponito, statibusque desuper iusiurandum præstato.

Contributiones Camerales cum fiscali simul expedito ope albi imperij, deputatorum, & ipsius adeò iudicis: Nuncijs, Procuratoribus, statibus, quæ reliqui summa sit, petentibus edito. 64.

Iudici petenti accepti expensiq; rationem reddito, eiq; & Adsessoribus iureiurando obstrictus esto. 31.

Monetam improbatam ne recipito. Procuratores & Nuncios, contributiones in monetâ probâ statuum nomine soluentes, sine morâ liberato: illi vicissim literas authenticas, pecuniæ species exponentes edunto, describendi copiam faciunto.

In eum Cameræ inspectio animaduersioq; esto. Quæstorem non rectè agentem Iudex cum selectis aliquot adsessoribus ad officium redigito, ad erogandos extraordinarios sumtus decretis nullis compellitor, nec pareto. 72.

77. Si contra officij rationem vrgebitur, apud Iudicem conqueritor.

Nemini salarium suum à statibus aut ciuitatibus solutionis, vt post à summâ detrahatur, accipere permittito, nec eo nomine apochas conficito. Vide obs. Iudic. & adsess. §. 3

Iussu Iudicis neglectas seu mulctas Adsessorum, singulis semestribus, inter obedientes æqualiter distribuito.

Officium Secretariorum, Ingrossistarum & amanuensium.

O.p.1 t.31. Scribenda per præfectum, Protonotarios, Notarios tradita diligenter scribunto, aliaque præfecti iussu exequuntor, muneri rectè præsunto.

O.p.3.t.18 Protonotarijs tempus datarum è Cancellariâ copiarum ad notandum referendumque, si sit opus, suggerunto. In Cancellariâ in tempore semper adsunto.

Officium Præfecti Cancellariæ.

O.p.1.t.27 Vt in Cancellariâ suo rectè munere quisque defungatur, præfecti cura sollicitudoque esto. Inprimis vt quàm ocissimè acta perfectè compleantur, & sine morâ referenda tradantur, prouideto. Nec minus vt processus atque acta quàm celerrimè expediantur, efficito.

Ipseque ante alios concipiendi peritus rebus grauioribus operam nauato. quicquid sub nomine Sigilloue Cæsaris emanabit, reuideto, subscribitoque. Demandatum sibi à Moguntino Cæsareum Sigillum fideliter custodito, nec alijs quàm in Camerâ decretis literis imprimito. Vide Moguntini munus §. 2.

Præfe-

Præfecto in obeundo munere nemo molestus esto. 56.
Personis Cancellariæ præesto. In Senatum inq; fornicem a ctorum ingrediundi ius habeto.

Scribas Cancellariæ negotijs, nec priuatos adsesso- M. 61.
rum famulos, sed homines peculiares iudicio & Cancellariæ iureiurando, sicut par est, obstrictos, adhibeto: alijs Cancellariæ munera capiendi facultatem adimito.

Si quid in pleno Senatu deliberabitur, quod à præfecto scripto complectendum videatur, in Senatum ipse quoque aduocator. Vide Cantzley Geldt §. 3. & passim. Mandata pœnalia. Terminorum præfixio. §. 7.

Officium Vicarij Iudicis.

Iudex absuturus aliquamdiu impeditusuè vices suas O.p.1.t.12.
vni ex Adsessoribus Illustribus, inuè eorum defectum Electoralibus adsessoribus delegato. Hic cum his qui soli aderunt Adsessoribus, totius Collegij ius potestatemque habeto.

In principum controuersijs vel Iudex vel præsidum vnus sedeto, vel his impeditis alius quispiam illustris, præstito ad hunc actum iuramento Iudicis, interim adhibetor.

Vicarius Iudicis ipse quoque tum Senatui tum audi- 57.
entijs interuenito.

Iudex è præsidibus, quem volet, sibi subrogato: Is 76.
parere necesse habeto.

In Electione Iudicis, cui vices suas demandare velit, 77.
esto.

Ordinariæ Causæ.

Vide causæ ordinariæ & contra.

Originalia.

Vide documenta.

Ordo ſedendi.

M. 57. Extraordinarij ordinarijs ab eodem ſtatu nominatis Adſeſſoribus in ſtatione ſeſſioneuè immediatè ſucceduntо.

M. 59. Quem quiſq; in Senatu ſedendi locum ab initio ſemel ſortitus eſt, eum ne immutato, neuè deſerito.

Pacis publicæ Conſtitutio.

O.p.2.t.9. Vim paſſis contra pacem publicam ad pœnas conſtitutionis omnes, vel quaſdam, ſimulque, vel ſeorſim ad reſtitutionem, agere liceto.

Fiſcali perſecutio pœnæ integra maneto.

Vide Banniri §.1.& ſeqq. Defenſio contra pacifragos. §.1. mandata ſuper fracta pace.

t.14. Rebelles alterius magiſtratus ſubditos, minaſuè ſpirantes nemo ſuſcipito, ſed iuri ſtare per iuſiurandum adigito. Magiſtratus ijſdem de ſecuritate caueto, iuſticiam adminiſtrato. Qui ſecus facit, tàm ipſe quàm receptus pœnis fractæ pacis ſubiaceto.

t.15. Milites ſine duce certo probatoque coëuntes, magiſtratus loci diſpergito. Si deſint vires, præfecti circuli auxilium implorato.

Paritio.

Vide declaratio pœnæ § 3. 4. Handlung erſten Termins. §. 4. pen. vlt. mandata Auff den LandFrieden §. 4. vlt. Vide t. mandata ſine clauſula & ſeqq. paſſim.

Par-

Parteyen.

Vide immunitas Cameralium §. 1.5. Practic. §. 1. officium procuratoris in iudicio passim.

Pauperes.

Vide litigantes pauperes.

Pœna Adsessorum.

Dolo culpauè malè iudicantes à visitatoribus pro rei qualitate coërcentor. Vide Cæsaris reseruata §. vlt. in fin. O.p.3.t.53

Negligenter acta custodientes vel in Senatus conclauibus relinquentes lectores ad Iudicem deferunto: is seuerè vindicato. 58.

Serius in senatum aduentantes puniuntor, nec vnico semper Bazio pœnam luunto. 56.

Manualia protocollauè ex fornicibus actorum aut senatus conclauibus inspicientes, domumuè ferentes, sine permissu iudicis, iudex arbitrariè mulctato. 66.

Ante mediam primam non conuenientes ad audientiam, tunc quoque Bazij mulctam exoluere coguntor. 71.

Dictantes vota sua Iudex de consilio duorum adsessorum arbitrariè punito. A visitatoribus seuerius alioqui plectendos.

Obseruatores eorum, qui tardius Senatui interuenient, ad soluendam Bazij, aliasque mulctas in quouis Senatu constituuntor. Vide absentia adsessorum §. 2. 6. 10. vlt. C 17.

Adsessorum habitus. §. vlt. Iniuriæ inter Camerales §. 1. 2.

Neglecta per tot. Officium præsidis §. 3. Officium Iud. Cam. §. 3. 4. §. 12.

Pœna Procuratorum Ordinaria.

O.p.3.t.10 Procuratores, si in puncto contumaciæ vltra excusationem plura scripta protulerint, vel alienam contumaciam iniquè accusarint, ordinationis pœnam luunto.

O.p.3.t.37 Idemque esto, si contra ordinationem circa terminos
t.40. deliquerint, & si ad protocolla, vel acta iudicialia per errorem sese retulerint, siue ordinem stationis suæ causarumque turbarint, præoccuparintque.

81. Repetitis verbaliter contentis productorum eadem pœna locum habeto.

50. Itemque si sperati alterius procuratoris ratione quis experiatur.

70. Item si formalia appellationum non iustificarint.

Ob longiores recessus:

76. Si supplicationibus diem exhibitionis non inscripserint:

77. Ob petitum terminum ad proximam casibus non permissis ex ordinatione puniuntor.

79. Si minus rectè instructi substituti ineptè egerint, vtriusque pœna fl. esto.

C.33. Si purificatus terminus in nouis incidet, & contrà, quod ad contumaciarum ordinem ea res pertineat, excipiatur: Si recognoscendorum causâ sigillorum, manuum, terminus postuletur, siue commissio in nouis petatur. Viuâ voce, Si ob mortem aduersæ partis procuratoris terminus nouus petatur, priore adhuc decurrente.

56. Si obtento simul termino & prorogatione tempus vlterius sine documento iustarum causarum postuletur.

Si specialem litem vigore mandati generalis sine iustâ

iustâ causâ suscipere detractarint, desuperque submiserint.

Si ante exolutionem floreni proclamatis contumacium nomine comparuerint in iudicio.

Ob petitam sine impedimenti expressione 2. vel 3. dilationem probatoriam intra tempus prioris.

Si se quis intra terminum acceptatum à die cautionis oblatæ effluxum non legitimauit.

Pœna Procuratorum Extraordinaria.

Extraordinariè siue pro arbitrio his casibus Procuratores mulctantor. O.p.1.t.24

Ob non illatum in continenti Cancellariæ precium redemtionis à partibus acceptum.

Ob non sollicitata diligenter Cancellariæ debita, nec productum eius rei documentum.

Ob non indicatas Iudici transactiones causarum conclusarum.

Si in iudicio immodestius se gesserint, decretisuè iudicialibus, contra fidem datam, & contra honorem debitum iudicio, proteruius coràm iudicio illuserint. 59

Ob productum mandatum non sufficiens: Si supplicationes aliauè producta non rectè formata exhibuerint, ex quibus processus non sine incommodo concipi possunt.

Si intra tempus cautionis non se legitimarint.

Si falsò allegato moræ periculo supplicarint in nouis. 61.

Si in causâ appellationis appellatos non in specie omnes nuncuparint. 64.

Ob formalia appellationum non statim iustificata refutataue.

Ob

Ob retentos penes ſe, nec è veſtigio nuncijs traditos impetratos proceſſus. Ob producta exhibita non correcta. Et denique vbi pœna in genere ſtatuta, nec diſertè reperietur expreſſa.

70. Longiorum receſſuum pœna vnius duorum, trium florenorum eſto.

45. Ob ſpretam pœnam ordinationis. Ob petitiones ſubmiſſioneſuè ſuperfluas.

51. Si ſine ca[illegible]i petierint ad proximam, vel petitam ſine actione tranſmiſerint. Si ſe ad agendum inſtructos, & cum ordo ad ſe peruenerit acturos eſſe iudicialiter ſignificetur.

77. Ob petitam adhuc ſecundam vel tertiam dilationem probatoriam poſt obtentum terminum ad rotulum producendum.

Ob petitionem ad proximam caſibus prohibitis.

78. Ob non inſpectum diligenter mandatum, nec correctos ante concluſionem defectus.

80. Si prorogatio prorogationis, vel eius loco nouus terminus petatur ſine probatione iuſtæ cauſæ.

86. Ob repetita in puncto executionis merita cauſæ principalis.

90. Ob non reproductum in primo termino inſtrumentum appellationis.

Ob proceſſus vel verbaliter tantum vel nimiâ verboſitate reprodūctos, proteſtationesque de nimiâ diligentiâ inanes.

Ob petitam fatalium aliorumuè terminorum prorogationem, ſine documento nouarum, & ex iuſtis cauſis prouenientium cauſarum.

Ob diſtractos proceſſus ſimul & ſemel habendos.

Ob

Ob petitum terminum nouum, loco prorogationis, priore purificato.

Ob disputationes submissionesque superfluas, repetitaue verbis contenta documentorum vel productorum.

Denique si verbalibus recessibus vltra 3. ver 4. lineas ad calamum dictarint. Ob non insertum nominatim mandatis executionis terminum.

Et omnibus illis casibus qui in visitationis recessibus C.90. de annis 86. & 87. arbitrariè puniri iubentur. Vide cautio. §. vlt. in fin.

Pœna Procuratorum in genere.

Procuratores puniuntor si minus necessaria dictent, O.p.1.t.11. minus in iudicio modesti attentiuè, vel si contentiosi sint.

Si cautione præstitâ citra mandatum vel litem con- O.p.1.t.22 testentur, vel concludant.

Si in designationibus Expensarum accepta non exprimant, mulcta 20. fl. esto.

Hoc si semel in eo deliquerint: Si secundo 40. fl. tertio remotione puniuntor. Ob submissionem in puncto re- O.p.3.t.18 sponsionum superfluam.

Si culpa eorum appellatio ab interlocutoriâ iniusta t.50. pronuncietur.

Si in reuisione vel syndicatu dolus eorum vel culpa detegatur.

Ob supplicationes vel producta exhibita, nec sub- 56. scripta.

Ob protocolla non inspecta, & fidem substitutis habitam.

Ob depectiones illicitas cum partibus initas, aut illicitas exactiones nomine copiarum.

57. Ob non sollicitata apud partes debita Cancellariæ.

59. Ob non rectè informatum substitutum vterq; punitor.

Ob dilationis tempus per iniuriam transmissum.

61. Arcanis per Substitutos proditis ipsi culpam damnumque luunto.

Si quid illicitè à partibus extorqueant, sine remissione, ex officio puniuntor.

62. Si mandatis Originalibus productis, exempla non simul exhibuerint.

Siquidem productum exemplum alterum iudicio, alterum parti adscripserint.

64. Si acceptis in Cancellariâ processibus, describendis ijs moram iniecerint nuncijs & executionibus.

62. Ob exhibitum scriptum turpe vel iniuriosum.

Si serius iudicio interueniant, si agendi tempus negligant ad se pertinens, si in audientiâ nugentur, si ad interrogationes intenti non sint, si sine admonitione substitutorum, quid sibi agendum sit, ignorent.

69. In pœnis procuratorum sine vllo respectu æqualitas peræquè inter omnes seruator.

72. Punitis per errorem procuratoribus pœna deprecantibus remittitor, de eâ re iudex aliorum etiam sententiam cognoscito, æquitatique studeto.

75. Ob non omissa epitheta tituloque dignitatum.

Si in iudicio non compareant.

76. Ob non redemta in tempore exempla è Cancellariâ petita.

Si citationem ad reassumendum reproducentes non rectè inscripserint, titulumuè priorem mutarint.

Si

Si punctos ipso iure conclusos retractare vel eludere tentent. 77.

Ob recessus longiores & submissiones superuacaneas. 76.

Ob allegatam in audientiâ seu iudicio transactionem, tractatumue concordiæ vel mortem partis: petitamuè 2. vel 3. dilationem sine documento.

Si retentis penes se recessibus, posteà diem mutari, radiuè in his quippiam postularint.

Si sine mandato, cautionisuè oblatione, præstationeuè, vlli se causæ immiscuerint. 55.

Si obtentâ secundâ vel tertiâ dilatione probatoriâ testium productioni posteà renunciarint.

Si dolo culpauè nuncios exequentes minus rectè instruxerint, siue processuum exequendorum exempla cum Originalibus non rectè contulerint.

Si, præfixo per decretum termino, tempus longius immodestè petulanteruè petierint, & eorum in eo fraus depræhendatur.

Si in puncto responsionum replicatum, nec illud submissum sit.

Si ad supplicationem pro commissione ad rei memoriam iudicialiter productam terminum petierint quatuor septimanis longiorem, submiserintque. C.90

Dictam procuratori ob incuriosum productum mulctam eius principalis libello supplici deprecaturus ne auditor.

Pœna Cameralium in genere.

Procurator fisci arbitrio deputatorum pareat, aut arbitrariâ à Collegio coërcetor. O.p.1.t.10.

t. 30. Lectores si quos non oportet in fornices admittant, pœnâ vnius aurei singula peccata luunto.

t. 47. Nuncij si quid supra præscriptum acceperint, loco mouentor, vel aliàs seuerè ex arbitrio puniuntor.

t. 50. Visitatores omnes ad Cam. pertinentes personas, executiunto, corrigunto, contumaces puniunto, ineptos remouento.

t. 54. Personæ Cancellariæ per præfectum, vel si grauiora sunt delicta, etiam per Cameram puniuntor.

t. 56. Nuncij, nunciorumque magister, contra ordinationem delinquentes à iudice de consilio adsessorum: Sin leuiora sint commissa, per deputatum castigantor.

Nuncij perperam exequentes, præterquam quòd de nouo suis sumptibus exequi tenentur, vlteriori etiam pœnâ à collegio afficiuntor.

Moguntini in personas Cancellariæ inspectio, punitio, remotio esto.

Lectores, si inæqualitatem seruarint inter partes, & alium præ alio promouerint, puniuntor.

M. 61. Si ad testium dicta agatur nondum publicata, inquisitione habitâ, periuri vel puniuntor, vel ad visitatores deferuntor.

Vide officium Iudicis Cameræ §. pen.

Pœnæ Contumaciæ.

O. p. 2. t. 10 Ad purgandum citati, & in iurando comparendouè contumaces pro conuictis habentor. Vide banni declaratio §. 2. 6. Commissionis petitio §. vlt. Contumacis admissio, terminorum præiudicium.

C. 90 Proclamatis sententiâ publicatâ, etsi in continenti & ante

& ante eiusdem executionem sese legitimet procurator, pedello tamen nihilominus fl. luito.

Pœna temerè litigantium.

Si non habeat in ære, carcere alijsque pœnis pro personarum qualitate coërcetor. O.p.1.t.41

Pœna temerè appellantium.

Non solum in expensas condemnantor, sed etiam pœnis secundum iura plectantor. O.p.1.t.28

Frustratoriæ appellationis pœna dehinc arbitraria, & cùm minimum decem Marcarum argenti puri esto. 74.

Pœnas temerè litigantibus dictas deputati fisci supplicíter deprecantibus in totum vel pro parte ne remittunto, sed fiscalem desuper ex officij ratione procedere permittunto. 81.

Pœnæ declaratio.

Vide declaratio pœnæ.

Pignoratio.

Vide mandata super constitutione pignorationis.

Possessorium.

Vide litigiosæ possessionis controuersia. mandata super constitutione pignorationis. §.10.

Practicantes.

Cuncti, qui Spiræ degunt practicantes, apud iudicem & adsessorem nomina sua profitentor, in album inscribuntor. 63.

R. 66. Praxin Spiræ visuri omnes apud iudicem nomina sua profitentor. Is, num admittendi & per Pedellum inscribendi videantur, statuito.

Recepti inscriptique Pedello dimidium fl. pendunto.

Vide immunitas Cameralium §. 2. 6.

Præfixæ.

Vide Vmbfrag.

Præsentatio,

Vide adsessorum nominatio.

Priuilegia.

Vide appellationis priuilegia, immunitates Cameralium. Procurat. Mandata generalia §. 2.

Processuum petitio.

Vide Supplicationum contenta.

Processus decernendi denegandiuè.

M. 57. In decernendis processibus iudices ne nimis scrupulosi difficilesque sunto.

Si ob ineptam supplicationem processus negandi videbuntur, decretis huius rei causam innuunto.

59. Iuniores in decernendis denegandisuè processibus alijsque decretis Seniorum consilijs vtuntor.

68. Narratis supplicationum mutatis, velut super pignoratione, aut fractâ pace, non quicquam temerè priori decreto repugnans contrariumuè decernitor.

R. 70. Si processibus negatis denuò supplicetur, ac præiudicia & stylus atque obseruantia contraria allegentur;

Iudex

Iudex vel Vicarius plures prioribus vsque ad 6. vel 8. vel 10. styli peritos adiungito.

Hi rem etiam atque etiam perpendunto, & ad æquitatem perducunto.

Processibus, ob supplicationis alicuius defectum, qui corrigi possit, denegatis, clausulæ solitæ auff fürgebrachte narrata abgeschlagen / secundum narrata proposita denegatum, Similesuè aliæ, identidem decretis adijciuntor.

In decernendis processibus æqualitas & stylus antiquus seruator.

Vide reliqua in verbo Citatio, Compulsoriales, inhibitio, mandata, monitoria, promotoriales. Vide Cæsari reseruata §. pen.

Feriæ §. 1. Iuramentum pauperum §. 1. Iurisdictio Cameræ. Iustitia negata §. vlt. Litigantes pauperes. §. 2.3.4. Relaxatio Iuramenti.

Processuum expeditio & forma.

Processus, nisi petente parte, aut eius Procuratore, & ab hoc præstitâ cautione de mandato cum ratificatione primo termino proferendo, decreti, & per Notarium registrati, ne emananto. O.p.3.t.1

Causæ in processibus citationibusque exprimuntor, vt paratus reus comparere possit.

Citationibus contra plures emissis, vna omnibus certa dies ad comparendum præfigitor.

Processus decreti sub nomine & Sigillo Cæsareo exeunto.

Fatalium prorogationes processibus in Cancellariâ inseruntor. 59.

At

C.76. At causæ prorogationum eorundem omittuntor.

64. Processus quamuis in genere decreti, nisi nominatis personis, ne emananto, neuè expediuntor.

74. Commissiones dilationesque (ne frustra tempus labatur) sed & attestationes petitæ celerrimè in Camerâ perficiuntor.

Processuum sollicitatio & Redemptio.

76. Expeditionem obtentorum processuum procuratores ilicò instanter in Cancellariâ vrgento.

80. Decreti è Cancellariâ processus, si intra annum non redimantur, expiranto, rescriptum tamen eo nomine petere liceto.

86. Dominus sollicitatorum & obtentorum è Cancellariâ processuum, per nunciorum magistrum adnotator.

Processuum ad exequendum traditio.

64. Receptis è Cancellariâ processibus, ijs describendis moram longiorem Procuratores executioni nuncijsuè ne inijciunto.

74. Processus redemtos maturè nunciorum magistro tradunto, non, quoad videbitur, penes se detinento.

Processuum originalium exempla, antequam nuncijs exequenda tradantur, diligenter conseruanto: quibus processus insinuandi erunt, eos nuncijs in specie designanto, & domicilium simul cuiusq; exprimunto, non simpliciter eius rei experiundæ gratiâ ad impetrantes aduocatosuè remittunto.

Vide de officio nunc. mag. §. 2. 3. vlt.

O.p.1.t.35 Processus nuncijs pedaneis Beibothen/ nisi absentibus equestribus ne committuntor: Sin res moram non ferat,

ferat, tum verò & illi consensu iudicis & adsessorum, præstito Iuramento, adhibentor.

Procuratores, paupertatis prætextu, processus ne 56.
transmittunto, nisi eo nomine cum Nunciorum magistro transegerint.

Processuum executio per Nuncios.

Nuncij processus fiscales aliosque Reuerendissimis O.p.1.t.36
atq; Illustrissimis personis in loco domicilij seu aulæ ordinario, coràm si possint, in Originali, vel si pluribus executio facienda, exemplum eius tenoris tradunto, Authenticum videndum legendumque exhibento: qui si absint vel coràm conueniri sine morâ non possint, Cancellario, aulæ præfecto, vicarioue, ijsq; absentibus præcipuis officialibus pari modo ibidem loci insinuanto. Id si non liceat, siue nemo ex præcipuis præsto sit, tum ex inferioribus aulicis vni, vel ipsi adeò ianitori exhibento, aut deinceps, si nemo recipiat, portæ affigunto, adeòque eam euidenter relinquunto, nullo pacto secum asportando. Quod si domicilium ijsdem non statum sed varium sit, ibi loci, vbi maiori anni parte residere consueuerint, executiones eo, quo dictum est, modo faciunto: Sin constabit Nuncijs, quo tum loco aulæ sedes constituta erit, eò executionis gratiâ rectâ proficiscuntor. Alibi si reperiantur in faciem exequendi processus ius esto. Extra verò aulæ locum seu Cancellariam, nulli alij nec Cancellario, nec aulæ magistro, nec vicario nec vxori, nec filio, fratriuè, alijuè cuiuis processus denunciator.

2. Eâdem ratione atque ordine Prælatis, Abbatibus, Præpositis, & Abbatissis processus insinuantor.

S 3. Ea-

3. Eadem in executionibus ergaComites & Barones per omnia custodiuntor.

4. Coss. Senatuique, si congregati reperiantur, in ipso Senatu: Sin minus Coss. vicemque eorum gerentibus, Aduocatis aliquot è Senatu, processus denunciantor: Si nec hoc detur, Consuli soli traduntor, coramuè eo deponuntor, relinquuntorque: extra oppidum nec apud procoss. nec Senatores aliquot, sed solum intra mœnia exequuntor. Executiones Originalibus Exemplisuè vtrique parti traditis inscribunto.

5. Eadem ratio tum executionis tum relationis ad aliquod iudicium directorum esto.

6. Communitati seu vniuersitati insinuandi processus, Coss. & Senatui primum annunciantor: Si non conuocentur singuli de vniuersitate, tum curiæ templouè primario, aut alijs locis publicis bifariam affiguntor.

7. Priuatis in loco domicilij quæsitis repertisque in faciem si fieri potest: Sin minus ad domum vxori, alijuè domestico, adultiori tamen, non infanti, denunciantor, adijcitorque præiudicij auertendi causâ domino sine mora transmittendos. Si nemo processus recipiat, in domo, præsente aliquo ex domesticis, relinquuntor. Si nuncij nec intromittantur, nemouè appareat, adhibitis è viciniâ duobus vel tribus arbitris, ad domum affiguntor.

Si quis in domo deprælıensus aperire nolit, ad fores fenestramuè aliumuè locum deponuntor appenduntorque.

8. Edicta Banni aut aliæ similes literæ patentes, ijs locis, qui processibus comprehenduntur, nunciouè à suis superio-

ſuperioribus nominabuntur, affiguntor, publicantorque. Nuncij ante abitum exequendi veram rationem ediſcunto.

Si quis nuncius aduerſus ea fecerit, reiectâ eius executione & relatione, præter pœnam, executionem (niſi pars compareat pareatuè) denuò ſuis ſumptibus citraq; partis præiudicium facere tenetor.

Proceſſus nuncij ipſiſmet litigantibus in faciem vel ad domum habitationemuè, locis in proceſſibus deſignatis, quouè Iudex adſeſſoreſuè deputati iuſſerint, fideliter inſinuanto. Executionem vtrique parti exhibitis ſiue Originalibus ſiue exemplis Proceſſuum inſcribunto. O.p.1.t.37

Fractæ pacis ſuſpectis, & ad purgandum citatis, proceſſus vel ad domum, vel coràm inſinuantor, vel duobus aut tribus locis vicinis publicè affiguntor. O.p.2.t.10

Eorum, ad quos proceſſus erunt directi, ſingulos ſeorſim nuncij conueniunto: non vni vel alteri forte fortuna oblato, etiam cæterorum nomine proceſſus inſinuanto. 15.

In loco præſentes ſollicitè requirunto, nec temerè ad ſolam domum executionem faciunto.

Proceſſuum executio per Notarios.

Notarius, niſi qui legalitatis documentum à ſuo Magiſtratu cum manu ſimul & ſigno ad Cam. miſerit, alboq; receptus ſit, nemo ad exequendos proceſſus admittitor. O.p.1.t.39

Si qui tamen citra documentum à Camerâ examinati, & approbati, alboque inſcripti ſint, idem ius habento.

Processus eodem, quo Nuncij, modo exequuntor, Relationes quoque non aliter, quàm illi, sed instrumento tamen insertis processibus faciunto.

79. In exequendis processibus nunciorum, quàm Notariorum potior causa esto: ex causa tamen Iudici & Praefecto Cancellariae probatâ, vel si eorum nemo praesto sit, hi quoque admittuntor.

Processuum Reproductio.

Vide Handlung ersten Termins.

C.70. Reproductio citationis realis non verbalis esto, vel pro desertâ habetor.

R.70. Termino reproducendae citationis incidente in ferias, ferijs elapsis reproductio esto.

B.90. In processuum reproductione sicut alijs recessibus nuda partium nomina articulique causarum, sine apparatu verborum efferuntor.

Ante realem processuum reproductionem, protestatio de diligentiâ, verbalis interdicta esto.

Vide absolutio à citatione §.3. appellationis desertio §.1.4. Extraiudicialia §.2. off. nunc. dep. §. pen.

Processus Iudiciarius.

Vide sub tit. Außträg itemque contumaciae, expensarum, purgationis &c. processus. Vide ius commune §.2.

Proclama.

Vide contumac. process. contra act. §.1.2. Contumac. process. contra reum §.1.2. pen. Contumacis admissio §. vlt. Absolutio à citatione §. vlt. dierum dinumeratio §. vlt. off. Pedellorum §.4. vlt.

Procla-

Proclama etiam intra dies circumductionis termini præfinitos petere & decernere liceto. Proclamata purè, non in euentum decernuntor.

Procurarorum Cooptatio & numerus.

Aduocati & procuratores supra 24. ne recipiuntor, nec nisi examine præuio & probatâ Collegio probitate, eruditione, natalibus, vitâ, & moribus: & qui titulo ICti ornati sint. O.p.1. t.18

De religione idem quod in adsessoribus teneto.

Numerus pro Collegij arbitratu augetor. 56.

Iudex & Adsessores plures, si volent, procuratores 71. vsque ad sex adsciscunto. Aduocati ne multi nimis ad- 55. sciscuntor.

Procuratorum Officium.

Vide officium Procuratorum.

Procuratorum causæ patrociniaque.

Procuratores, nisi in quibus causis constituti erunt, O.p.1.t.19. ne aduocanto, nec aduocati sine mandato aduocanto.

Collegio procuratores sub iuramento præstito numerum causarum indicare compelluntor, nimiâ multitudine oneratos, à causis nouis vsque ad quarundam vetustiorum exitum abstinere, nisi ex speciali permissione, iubentor.

Procuratores in solo Cam. iudicio causas agunto, nisi si quibus in causis iam ante se exercuerint: iunioribus tamen, nec causarum mole grauatis citra præiudicium negotiorum Cameralium dispensatio conceditor.

In causis aut in comitijs imperij mandata ne accipiunto, neuè in Comitijs alijsuè conuentibus siue amicabilibus siue iudicialibus actibus occupantor.

R.57. Procuratores à partibus suis requisiti aduocanto, nulli id officij neganto, vt id præstare possint paucioribus causis onerantor, præterquam si cui necessariâ ex causâ remittatur: Quarum causarum constituti erunt Aduocati, in his ipsi aduocatorum munere defunguntor, nec eam prouinciam vlli iuniorum doctorum sine voluntate partium committunto, aut saltem eorum producta sic reuidunto, corriguntoque: ne quod in ijs vitium deprehendi arguiuè possit.

59. In causarum numerum cuiusque Procuratoris Collegium quotannis bis minimùm inquirito: partium causarumque numerum sub iuramento sciscitator: quot cuiq; relinquendæ sint, ex bono & æquo arbitrator.

Procuratorum Legitimatio.

O.p.1.t.15. Litigantes ne plures aduocato vno, vnoque Procuratore Cameræ constituunto, neuè eâ in re fraudem admittunto: nemo, nisi qui constituetur, vllâ in causâ consulito.

t.21. Procuratores citra mandatum sufficiens, vel de rato cautionem nulli causæ se immiscento.

57. Mandata non idonea, vel ad vnicum actum facta ne recipiunto.

5 Morte procuratorum reorumuè, aliteruè extinctis mandatis, vt ea redintegrentur, ac si opus, citationes ad reassumendum decernantur, vltrò curanto.

Gene-

Generalia Mandata habentes, vigore eorum, omnibus in causis agere compelluntor, extra quam si id disertè ipsis interdictum esse à partibus demonstretur.

In contributionum causis vigore generalis mandati ad fiscalis instantiam respondento. 62.

Cæterùm legitimari se properè curanto.

Spe rati agentes, in acceptato aut præfixo termino non se legitimantes, præter expensas, arbitrariè insuper puniuntor. R. 66.

Nec tantum moræ & retardatæ litis expensas, sed & alia damna partibus restituunto. In eaque causâ vlterius ne audiuntor. 70.

Quod si damnum sarciri à parte non petatur, tum à collegio ex officio arbitrariè mulctantor. 75.

In fiscalibus etiam causis mandata generalia vltrò sub pœnâ arbitrariâ proferuntor. 77.

Eius, qui plures in Camera pendentes lites habeat, procuratore officio abeunte, Successor vel generale mandatum ad omnes vel singulas causas specialia æqualiter exhibeto. 73.

Mandatum quisque suum diligenter inspicito. & si quid desit ante conclusionem suppleri curato. 75.

Nemo sine mandato curationeuè vllâ in causâ se ad agendum ingerere præsumito sub pœnâ. 81.

A die oblatæ cautionis terminus, non minus, quàm si & admissa & præstita foret, decurrito. C. 90.

Sed pœna duntaxat ordinationis se in termino non legitimantem teneto: Si super tempore solo certabitur, cautione simpliciter admissâ super eodem duntaxat submittitor.

Vide

Vide cautio §. vlt. Expensarum processus §. 1.

Procuratorum mandata.

O.p.3.t.12 Mandata procuratorum non ad vnum actum, sed totam causam concipiuntor, aliàs ne admittuntor.

Ab vtroque Procuratore, in primo statim termino, vel saltem in sequenti fine termini petitione vel submissione producuntor.

15. Intra præstitæ cautionis terminum omninò, vel cum alijs agendis, vel si aliud nihil agendum supersit, sola exhibentor.

13. Ab ipsis litigantibus non coniunctis personis dantor.

R.66. Cum originalibus etiam exempla simul semper exhi-
62. bentor, & aduersario traduntor, atque apud acta semper relinquuntor.

C.90. Mandatis Procuratorum dehinc executionis quoque punctus nominatim inseritor, vel cum irrogatione arbitrariæ mulctæ reijciuntor: eius rei Procuratores promouentor.

Procuratores semper in suis mandatis vnum atque alterum substitutum simuluè constitutum designatum habere iubentor:

Is in euentum litem continuò suscipere, & sine intermissione prosequi tenetor.

Vide inf. relationum modus §. 4.5. Vide Handlung Mündtlich §.1.6.7.

Procuratorum mandata generalia.

O.p.1.t.21 Generalia mandata aliauè documenta vnâ in causâ producta, in alijs, si volent, procuratores repetunto.

Et exempla cum originalibus conferenda quauis in causâ seorsim exhibento.

Manda-

Mandatum generale in aliâ causâ productum haben- O.p.3.t.21
tes, eius exemplum, si velint, à lectore collatum, cum inscriptione causæ, & temporis, quibus originale exhibitum fuerit, producunto. Idem in priuilegijs, instrumentis, alijsuè literis iam editis seruanto.

Generalia mandata habentes Procuratores, si sine iu- C.90.
stâ causâ litem suscipere detrectent, desuperque submittant, non solum ad proximam mandatum generale ad causam, de quâ agitur, exhibere sub comminatione pœnæ arbitrariæ iubentor, Sed simul etiam ob eam rem omissam ordinationis pœná mulctantor.

Procuratorum mandata specialia.

Aestimandis per iuramentum pignoribus, ablatis 79.
etiam subditorum vniuersitatumuè nomine, mandata specialia exhibentor.

Dilatio quarta, nisi ex speciali mandato, vel eius 80.
clausulâ compræhensâ, ne petitor.

Huic tamen mandato pro præstando quartæ dilatio- 83.
nis iuramento producendo tempus nullum indulgetor.

Procuratorum Exoneratio.

Exoneratione petitâ ex causis probabilibus, citatio- 70.
neque ad videndum exonerari obtentâ, Procurator tamen quoad per sententiam exoneretur, in lite perseuerato.

Susceptæ semel causæ patrocinium, nisi ex magnâ 79.
causâ, & post decretum iudiciale, ne deseritor.

Procuratorum Substitutio mutatiouè.

Procuratores semel constituti, vigore clausulæ sub- O.p.1.t.10
stituendi, in alium, sine voluntate partium, causas ne

T trans-

transferunto, sed translationis, in quem partes volent, electionem liberam relinquunto.

At impediti alios interim in locum substituendi facultatem habento.

Substitutio vel in Cancellariâ vel corâm Protonotarijs facta, ab his vel substitutis in vnaquâq; causâ seorsim in iudicio indicator, vel si non sit coram Protonotarijs facta, exemplum cuius causæ adiungitor, & Protocollo inseritor.

50. Procuratores officio renunciantes, vi clausulæ substituendi, alios de consensu iudicis, & duorum adsessorum, in suum locum, quoad arbitrio partium reuocetur, substituendi ius habento.

R.57. Ex causis eidem delatis neutram sine voluntate partium alij deleganto.

59. Substitutum quisque suum rectè instruito, alioqui vterque sine remissione punitor.

60. Substitutiones coram protonotarijs vel notarijs non nisi in Cancellariâ factæ valento, & protocollis ilicò inseruntor.

Relationes substitutionum factarum ab ijsdem ad protocolla fiunto.

55. Substitutiones in scriptis etiam apud eosdem facere liceto.

71. Constituti semel Procuratores, nisi consentiente aduersâ parte, & post iudicum decretum, ne mutantor.

Procuratorum Dimissio.

O.p.1.t.18. Incapaces & minus Industrij, minusque idonei remouentor, alijque substituuntor.

Procu-

Procuratores Iudicio abituri id ſex menſibus ante 72.
Collegio & partibus denuncianto.

Niſi vel aduerſa valetudo, vel alia grauis & probabilis cauſa collegium ad diſpenſandum permoueat. 75.

Procuratores Pauperum.

Pauperibus, poſt documentum paupertatis exhibitum, & præſtitum iuramentum, Procuratores & Aduocati ex officio dantor. O.p.1.t.19.

Hi, ſub ordinationis pœnâ, horum cauſas ſuſcipiunto, eâdem quâ cæteras fide agunto, in alium neminem tranſferunto.

Inter Procuratores & Aduocatos ordo æqualitasq; ſeruator.

Procuratores alieni.

Procuratores alieni à Camerâ, honeſti tamen, & idonei, præſtito calumniæ & malitiæ iuramento, in Camerâ pro illuſtribus, nobilibusque, & litigantibus ciuitatibus admittuntor.

Producta.

Vide Handlung erſten Termins per tot. offic. aduoc. §. 3.4. Officium der Cantzley Perſonen §. vlt.

Promotoriales.

Vide iuſticia negata §. penult.

Prorogatio.

Vide infra terminorum prorogatio. Vide appell. introductio §. 2. vlt. Proceſſuum expeditio §. 5.6.

Protocolla.

O.p.1. t.21 Protocolla confestim ab audientiâ per Protonotarios, Notariosuè conferuntor, in ijs deprahensi errores Iudici & adsessoribus, quâ par est, modestiâ significantor. Ex ijsdem leuiores submissiones am Bescheid Tisch in mensâ decretorum postridie statim expediuntor.

69. Im Bescheid Raht / In Senatu decretorum perlecta Protocolla, ne inexpedita, & ab alijs mox relegenda, relinquuntor.

M. 59. Suo tempore de more colligantor.

M. 60. Exceptarum in Senatu relationum Protocolla à iudicio recedentium adsessorum in gemeine Hand / in manus omnium, peruenire ne sinuntor.

59. Manualia Protonotariorum & Notariorum non nisi
R.66. in fornicibus vel etiam senatus conclauibus inspiciendi facultatem Iudex rogatus Adsessoribus dato: Secus facientes mulctato.

Substituti Procuratorum sollicitatoribus causarum Protocolla adeundi copiam ne faciunto, sed ad audientias publicas remittunto.

77. Nemini praeiudicia conquisituro acta vel protocolla inspiciundi domumuè deferendi inconsulto iudice ius esto.

C.13. Cancellaria Protocolla à tergo, vt & procuratores producta, membranâ colliganto.

C.15. Protocolla complento Notarij causalibus in pignorationum causis productis: vel si in puncto paritionis agatur, quid in nouis, quid in praefixis prolatum sit, adnotanto.

Protocolla iudicialia in mensâ decretorum reuiduntor;

tor; Inepti aut contra ordinationem habiti receſſus puniuntor, acta compleri iubentor, dies & annus completionis in margine nominator.

Purgationis Proceſſus.

Ex indicijs famauè de fractâ pace vel operâ auxilioq́; O.p.2.t.10 præſtito ſuſpecti, corâm ſuis iudicibus aut Camerâ conuenti per iuſiurandum innocentiam ſuam teſtantor.

Sed ita, vt prius cauſis iuſtis ſuſpicionum propoſitis, iudex eos côrâm (niſi Elector quiſpiam aut princeps ſit) adeſſe & oſtendere ac demum purgare ſe per iuſiurandum iubeat.

Citatio liberum commeatum ſecuritatemq́ue adnexam habeto, & niſi in faciem vel ad domum denunciata fuerit, duobus vel tribus locis vicinis adfigitor.

Citati perſonaliter, vel (ſi princeps ſit) per procuratorem comparento, articuliſq́ue reſpondento.

Articulis negatis, cauſas ſuſpicionum actor legitimis indicijs famauè aut per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel (ſi actor honeſtior perſona, reus vilis ſit) per iuſiurandum probato, idq́ue corâm, niſi ex cauſâ iudici ad eum domum mittendum iurandi gratiâ videatur. Vide iuramentum purgationis.

Citati morbo alijſuè neceſſarijs cauſis impediti de ijs docento, terminumq́ue obtinento, vel coram delegatis ad ſe iuranto.

Principes Viri per procuratorem cùm minimum nobilem iuſiurandum Iudici præſtanto.

Purgandi hæc neceſſitas, vel proprio etiam motu, atque ex officio, imponitor.

Suſpectos poſtulare, criminiſuè etiam conuincere

cuilibet coram Camerâ alijſuè ordinarijs locis liceto : de calumniá quoque accuſatorem repetere liceto.

50. Pacifragorum bonis in fraudem prælienatis tàm venditores quam emptores, receptatoresque ſuſpecti ad reſpondendum articulis per Procuratorem, pòſt cum iurandum erit, ipſi comparento.

Rahtſtuben.

Conclaue Senatus.

51. Abſentibus adſeſſoribus ſemper clauditor.
Vide actorum cuſtodia §. 1. offi. pedell. per tot.

Receſs.

Vide exceptionum forma, Handlung Mündtlich / dilationes probatoriæ.

Recognitio.

C. 53. Sigilla, manus, &c. conteſtim poſt audientias coram deputatis vel ad proximam Procuratores recognoſcunto, diſſitentorue.
Si terminus præterierit, ordinationis pœnâ puniuntor.
Vide deput. poſt audientias, documenta §. 2. 4. 5.

Reconuentio.

O. p. 3. t. 30 Reconuentio ante litis conteſtationem, vel poſt ad proximam ad ſecundam introducitor, tum vtraq; ſimul actio progreditor, alternis terminis peragitor. Sin ſerius, attamen ante cauſæ concluſionem, reconuentio proponetur vtriuſq; cauſæ proceſſus diſtinctus ſeparatusq; eſto. Vide Auß[illegible]z Fürſtlicher Perſonen gegen Prelaten §. 2. pen. Concluſio in puncto §. 10.

Redem-

Redemptio.

Exempla is redimito, qui ex Cancellariâ ea petierit, siue Procurator, siue Reus. Qui secus faxint Procuratores expensas & damna læsæ parti sarciunto. Vide attestationes §. 1. mandata pœnalia §. vlt. Processuum sollicitatio per tot. procurat. off. erga Cancell. §. 5. 6. 7. terminorum lapsus passim. *R. 57.* *15.*

Referentes.

Acta maioris momenti omnia à duobus Referentibus successiuè, quatenus causa postulabit, leguntor. *O. p. 1. t. 15*

Sententias per Protonotarios ex maioribus votis collectas, & in formam redactas referentes subscribunto. *t. 28.*

Referens & conreferens alter semper è Senioribus, è iunioribus alter desumitor. *57.*

Ijsdem in causis ijdem Referentes perseueranto. Vide reliqua in verb. actorum distributio per tot. actorum restitutio passim. Expensarum taxatio §. vlt. *59.*

Registrator.

Registrator in principio semper audientiarum sedeto, earum inscriptiones & titulos notato. *59.*

Relationes causarum.

Inter referendum æstimatio producti cuiusque initor, atque à referentibus fronti inscribitor. *O. p. 1. t. 40*

Adsessores inter referendum, votandum, legendum, ambages vitanto, ad rem solum pertinentia necessariaq́;, velut articulos, exceptiones pertinentes, responsiones, probationes, terminos substantiales, quæque alia merita causæ concernunt Vnd der Sachen notwendig anhangen/ *56.*

profe-

proferunto, indicantoque: documenta, priuilegia, aliaq; instrumenta & scripturas oder Brieffliche Vrkunden non integra, sed summatim excerpta, quatenus vsus exigit, referunto: nec tota acta, partemuè maiorem disputationesque partium non necessarias recitanto, dictantouè, sed necessaria, vt dictum, extrahunto.

57. In relationibus definitiuarum per decretum semel decisi puncti ne iterantor.

M. 57. Procuratoria ante omnia dispiciuntor, si quid in ijs desiderabitur, ijs actis de voluntate remotis, alia, in quibus sine obstaculo pronunciari possit, expediuntor.

M. 59. Ante omnia in referendo mandata examinantor, ob eorum defectum, nisi is talis sit, qui sententiæ publicationem sit impediturus, acta nè facilè deponuntor.

70. Ad relationem in Senatu nemo admittitor, qui non acta productaque ad submissionem, quâ de agitur, pertinentia legerit, summatim exscripserit, perpenderit, ab initio statim in quo aut quibus articulis victoria causæ consistat, ostenderit, citra molestam scriptorum documentorumque prælectionem.

Relationum tempus & locus.

50. Acta in Senatu referuntor definitiuè, in quo ante fuerunt interlocutoriè relata.

56. Causæ Cameralium extra litigantium Senatum in cæteris referuntor.

Abeuntes officio Adsessores, quotquot penes se habent causas, ante abitum referunto.

Interim nullas nouas suscipere coguntor. Ijdem ad diuersos quoque Senatus à Iudice ad referendum admittuntor.

Quin

Quin & extra Senatus habendi ſolitas horas relationes eiuſmodi audiuntor, expediuntorque. Vide tit. Senatum.

Relationum ordo.

Iudex indicis ſui ſubſidio cauſas, eo ordine quo concluſæ erunt, referri curato: nec inuerti eum ſinito, niſi vel cauſa antiquior ad correferendum data ſit, vel recentior, ſpolium aliamuè cauſam priuilegiatam concernat, vel ex alijs rationibus à collegio approbatis. O.p.1.t.10.

Sine cauſâ Collegio cognitâ probatâque nemo ordinem in referendo peruertito. t.13.

Relationes ſemel ceptæ eodem contextu finiuntor, alijs nouis ne interturbantor. 57.

Abiturus adſeſſor acta ſua diuerſis quidem Senatibus, ſed eo tamen ordine, vt vetuſtiores & priuilegiatæ præcedant, iudice iubente, referto. 59.

Relationes vt audiendæ.

Adſeſſores in relationibus audiendis diligentes & attenti ſunto, nemo alij ſibiuè impedimento eſto. O.p.1.t.13

Præter neceſſaria nihil ſcriptis excipiunto, relationes ne interrumpunto, nec diſputationibus, contentionibusque anſam miniſtranto, paci concordiæq; ſtudento. 56.

Præſides interſunto, promouento, aliena & parerga prohibento. 74.

Relationum adnotatio.

Vide officium lectorum §.10.vlt.

Relationes Nunciorum.

Executione factâ principi, nuncius ſuo nomine, quid O.p.1.t.31

actum, responsumque, & subsecutum sit, sed & nomen suum, annum, mensem, diem, locum executionis vnà cum principis prænomine relationi rectè inserito, adijcitoque, an eo loco princeps solitam residentiam habeat.

Eam verò executionem non solum actori, à quo ablegatus est, sed etiam ei, cui processus insinuarit, traditis siue originalibus siue Exemplis processuum, adscribito.

Consuli Senatuique insinuatis processibus executio similiter in vtriusque partis processibus, vt supra exactè perscribitor, simulque nomen & prænomen Consulum & Senatorum ad eam rem aduocatorum in specie exprimitor: Eadem referendi ratio in reliquis etiam processuum executionibus seruator.

Executiones factas Nuncij in continenti, recentique adhuc memoriá conscribunto, à nemine sibi confici, promiuè sinunto, eas magistro nunciorum omnium primo, nulli dum mortalium visas tradunto, coramq; rei omnem seriem successumque enarranto.

Relationes Notariorum.

O.p.1.t.39 Notarij suas relationes executionum non aliter, quàm nuncij, sed instrumento publico, insertis eidem processibus, faciunto.

Relaxatio Iuramenti ad effectum agendi.

O.p.2.t.24 Captiuis sub elogio iurato dimissis in Camerâ, nec relaxatio ad effectum agendi, nec citatio vel mandatum, nisi auditá magistratus informatione, nec eâ acceptâ, nisi

nisi inde appareat, elogium id contra pacem publicam, constitutionesque imperij factum esse, decernitor.

Quod si ex transmissâ informatione manifestò constiterit, actorem propter delictum, seu maleficium, aut vectigalia non soluta carcere conclusum, seu aliam pœnam ipsi inflictam, adeoque elogium illud iure, & ob propriam ipsius culpam præstitum fuisse, huic processus negantor, iuramenti obseruatio iniungitor. Vide Berichts erholung. 31.

Religion Sachen.

Vide mandata super constitutione Religionis.

Renunciatio.

Productioni testium, post secundam vel tertiam dilationem probandi renunciantes, depræhensâ fraude, præter pœnas retardatæ litis, ex officio insuper mulctantor. C. 11.

Vide appellationis renunciatio.

Replicæ.

Vide conclusio in quibus punctis §. 2. 3. 4. 6. 7. 10. vlt.

Reproductio.

Vide appellationis desertio §. 14. Handlung ersten Termins §. 1. 2. 3. Process. reproductio.

Rescriptum.

Mandatis alijsque Processibus post annum extinctis, rescripti tamen petitio salua esto. 10.

Reſignatio.

R. 57. Omnium perſonarum Cancellariæ reſignatio ſeu muneris abdicatio ſex ante menſes ſignificator: Ex conſortibus eiuſdem functionis alter alterum officio excedentem interuallo trium menſium, nec minus, ſequitor.

Vide adſeſſorum Reſignatio, procuratorum dimiſſio.

Reſolutiones dubiorum.

O.p.2.t.36 Si quâ in re proceſſuum ordinatio dubia mancaue videbitur, eam vſu exigente, iudex & adſeſſores declarandi, corrigendi, ſupplendi, & quod ita placuerit, vſque ad viſitationes annuas obſeruandi ius poteſtatemque habento. In viſitationibus poſteà vel aliter de his diſponitor.

R. 57. Dubia ex ordinatione Imperijque conſtitutionibus orta, nec communi Adſeſſorum conſenſu reſoluta, ad Cæſarem & ordines Imperij per Moguntinum tranſmittuntor.

C.90 Quæ poſt ordinationem inducta, deciſa reſolutaque ſunt, ea in ordinem breuiter collecta in menſâ decretorum ſemper in promptu & præ manibus habentor.

R.70. Requiſita proceſſuum decernendorum per delegatos à Iudice colliguntor, in pleno Senatu deciduntor, totius Senatus placito approbatæ opiniones Dd. Controuerſæ conſcribuntor: In tabulario Moguntino deponuntor, publicis Imperij Comitijs publicanda: interim ſic comprobata & deciſa ius faciunto, & æqualiter obſeruantor.

85. Reſoluta Collegij dubia ſex in viſitatione approbata.

86. Reſolutaque anno 85. ab eodem dubia omnia viſitatoribus exhibita rata ſunto.

Reſpon-

Reſponſiones.

Reſponſiones ad articulos quoſcunque factæ puræ & ſimplices ſunto, ſine appendice, & hac inprimis, wie geſagt/ vt dictum: Si pars articuli credetur, pars negabitur, per diſtinctionem clarè reſpondetor: impertinentium ius ſaluum maneto. O.p.3.t.15

Vide concluſio in quib. punct. §. 3. 4. terminorum præiudicium §. 1.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutione in integrum in executionis fraudem, exq; cauſis ante deductis petitâ, executio non differtor: Si iuſtæ cauſæ ſubeſſe videbuntur, articulatim proponuntor. O.p.3.t.53

In integrum reſtitutio contra lapſum fatalium aliorumuè terminorum intra tantundem temporis, quantum amiſſum dicetur, idque continuum poſtulator, vel pro præſcriptâ porrò habetor. C.90.

Reſtitutio aduerſus interlocutoriam, aduerſario Procuratorem apud acta habente, etiam ſine citatione rectâ intra iuſtum tempus poſtulator.

Vide appellationis introductio §. vlt. appellationis deſertio §. pen. vlt.

Reſtitutio in cauſis mandatorum.

Vide mandata ſuper conſtitutione religionis §. pen. vlt.

Reuiſio.

Syndicatum Reuiſionemque petiturus duobus eam menſibus ante Cal. Maias Moguntino in ſcriptis denunciato: O.p.3.t.53

ciato: is eam Cæsari & eius anni visitatoribus significato, Consiliarios reuidendis actis peritos mitti postulato.

Si à die latæ sententiæ minus quam duo menses ad Cal Maias supersint, in sequentem annum res reijcitor. Si quis priorum Iudicum iudicio decesserit, eidem à Camera denunciator. Reuisionem petens, pecuniam arbitrio visitatorum prius deponito, fisco, si succumbat, pro sumptibus inferendam.

Cæterùm negotij ordo hic esto. Pars quæque scripto vno merita causæ pleni deducito, sed nec noui quicquam adspergito, nec limites vnius scripti transgreditor.

Reuisores, vnà cum præsidibus iudicibusque prioribus iureiurando dato, acta reuidunto: hi illis fundamenta causasq; rei sic iudicatæ demonstranto: Illi deinde soli momentis causæ ponderatis, æquum statuunto.

Si sententia reformabitur, pars victrix depositam pecuniam recipito, sententia executioni demandator: Si sine dolo, culpâ tamen malè iudicatum erit, eâ in re secundum dispositionem ordinationis proceditor: Iudices eodem iure sunto, quo forent si ab inferiori iudicio supplicatum, prouocatumque fuisset.

Sin corruptio aut dolus interuenerit, victori receptâ pecuniâ, Syndicatus quoque via, contra nocentes pateto, Iudicesque à Cæsare, Procuratores à Camerâ nihilosecius eo nomine puniuntor.

Sententiâ verò confirmatâ ad executionem Camera progreditor, pecunia deposita apud fiscum maneto.

Si reuisores vel non conuenerint, vel non pronunciarint, Camera sine cunctatione vlteriore sententiam suam executionis demandato.

Hoc

Hoc ita, si constet petentis culpâ impedimentum contigisse: cæterùm reuisionis beneficium saluum integrumque maneto.

Reuisa tres menses ante Cal. Maias petitor: Eam qui reuocare vult sex ante d. Cal. Maias septimanis id facito. Si friuolè petitum appareat, præter expensas, alias insuper pœnas persoluito. R. 57.

Reuisore vno pluribusuè emanentibus recusatisuè, in annum sequentem Reuisio prorogator, ijdemque rursum conueniunto. Per quos superioris anni reuisio dilata erit, hi cæteris omnibus, ipsisque adeò partibus sumptus, arbitrio Cameræ, fiscalique insistente, refundunto. R. 58.

Rotulus.

Vide attestationes §. vlt. Commissarij §. 4. Commissionum forma §. vlt. Dilationes probatoriæ §. 5. 8. Extraiudicialia §. 2.

Salarium Adsessorum.

Præsidum stipendium 800. fl. 18. baziorum. Reliquorum adsessorum 700. fl. baziorum 15. esto. 40.

Salarium Personarum Cancellariæ.

Præfectus, & aliæ personæ Cancellariæ Moguntini ceu imperij Cancellarij stipendijs sustentantor. O.p.1.t.44

Præfecto tamen tanquam deputato 100. fl. nunciorum magistro 30. fl. 16. bazi. per Quæstorem & Cameræ fiscum (supra ordinarium Cancellariæ stipendium) numerantor.

Sala-

Salarium Fiscalis eiusque Aduocati.

70\. Fiscalis 700. fl. sicut adsessores. Aduocatus eius 500. fl. annuos salarij nomine percipito.

Salarium Iudicis.

O.p.1.t.43 Iudici si sit Comes vel Baro 2000. fl. penduntor. Si Princeps pro rei qualitate stipendium augetor.

Salarium Medici.

56\. Medico Cameræ Salarium ex Cameræ conseruationi deputatâ pecuniâ 200. fl. annui exoluuntor.

Salarium Nunciorum.

O.p.1.t.35 Processibus per Nuncios non Camerales executis in singulas decem leucas magistro nunciorum 5. Batz. exoluuntor, per semestria inter Cameræ nuncios diuiduntor.

t. 47. Pro quouis itinere in singula octo miliaria fl. vnus 16. bazijs æstimatus, & pro executione in vnam personam 1. fl. Sin pluribus ea facienda, eodem quidem loco, fl. vnus, diuersis verò totidem ½ fl. soluuntor. Pro diuersis diuersarum partium processibus totidem itinerum mercedes percipiunto, vnam sibi retinento, cæteras magistro nunciorum ex fide restituunto. Is eam pecuniam diligenter adnotato, pixidi imponito, & vnà cum concordijs per trimestria inter Nuncios pro æquis partibus dispertitor. Nuncij pro mansionibus ijsdem locis, nisi ex mandato, nihil capiunto.

62\. Si propter annonæ caritatem ægrè vna mercede confici iter possit, & pars procuratorue vnius tantum processus gratia nuncium proficisci velit, cum eo hoc nomine conue-

conuenito. Sin plures erunt exequendi processus supra præscriptum nihil accipitor.

Ob annonæ caritatem nuncijs 22. fl. ex publico pen- 70.
duntor.

Pro quouis milliario 10. crucif. ad annum proxi- 74.
mum ex gratia permittuntor.

Procuratores nuncijs à se dimissis tàm itineris quâm 75.
executionis mercedem soluunto.

Auctio mercedis nunciorum facta temporis gratia 83.
Anno 74. porrò quoque maneto.

Reliquorum quoque nunciorum merces arbitraria esto, & pro situ regionum, personarum, atque aliarum circumstantiarum, vel $1\frac{1}{2}$ vel summum 2. Batz. in singula milliaria æstimantor.

Partes mercede nimiâ nuncij ne grauanto, nec lucra O.p.1.t.37
vlla captanto, salario suo contenti sunto.

Salarium Pedellorum.

Pedelli Salarium quisque 40. fl. & in singula proclamata exceptis fiscalibus fl. vnum habento.

Vide practicantes §. 2. in fin.

Salarium Procuratorum.

Procuratores & aduocati honorarijs in Cam. æstima- O.p.1.t.46
tis contenti, illicitis depectionibus abstinento, quod amplius acceperint restituunto: id se ita facturos iuranto. Recessus inutiles & quicquid ordinationi contrarium erit, in æstimationem ne venito. In expensarum designationibus accepta sub pœnâ exprimunto.

Partes subarrationibus immodicisuè honorarijs ne 56.
grauanto.

Salaria annua inuitis ne extorquento, pacta de quota litis & aliæ conuentiones reprobatæ irritæ sunto: in secus facientes pœnæ remotionis exercentor. Pro descriptionibus in singula folia 1. baz. nec plus capiunto.

13. Aestimatio laborum hæc esto, Supplicatio 1. fl. primus recessus 2. fl. mandatum ½ fl. exemplum generalis productum ½ fl. libelli oblatio ½ fl. litis contestatio ½ fl. interlocutoria obtenta momenti maioris ½ fl. Sin communis sit ¼ fl. communis recessus ½ fl. Conclusio finalis ½ fl. descriptum folium 2. crucif. æstimator.

Epistolæ, alijque labores extraordinarij arbitrio Iudicis relinquuntor.

Recessus inutiles reiectæq; petitiones ad proximam in æstimationem ne veniunto.

Arrhæ inæstimatæ manento.

Aduocatorum labores iudicis arbitrio æstimantor, consiliorum verò extraiudicialiter exhibitorum ratio nulla habetor.

Salarium Quæstoris.

O.p.1.t.10 Quæstori 200. fl. Salarium annuum sunto.

Satisdatio.

Vide Cautio.

Senatuum diuisio.

O.p.1.t.10. Adsessores in certos definitiuarum Senatus per Iudicem diuiduntor: octo quouis & vnus è præsidibus comprehenduntor.

Cæteri

Cæteri cauſas fiſcales & interlocutiones expediunto.

Referens & correferens in vnum Senatum coniunguntor.

Seniores cum iunioribus, ijq́ue diuerſæ religionis permiſcentor.

Adſeſſores tàm ordinarij quàm extraordinarij in quatuor ſenatus definitiuarum diſtribuuntor: Singuli quatuor ordinarios totidemq́; extraordinarios complectuntor. R. 57.

Duo Senatus acta duntaxat iudicialia, extraordinarijs rebus ſemotis, referunto deciduntoque. Reliqui duo, tàm ordinaria quàm extraordinaria, atque adeò extraiudicialia tractanto.

In diſtributione Senatuum interlocutoriarum Seniores à Iunioribus ne ſeparantor, ſed inter ſe miſcentor. 65.

Partitio, ſeu Adſeſſorum in quatuor definitiuarum, & quinq. interlocutoriarum ſenatus diſtributio rata eſto: definitiuas tamen ſex duntaxat Adſeſſores, interlocutorias tres vel quatuor concipiunto. 77.

Reliqui per iudicem in ſenatus plures ſeiunguntor, hi interlocutorias ſuas referunto. Cauſis grauioribus plures, poſtulantibus id referentibus, adhibentor. Senatus interlocutoriarum definitiuas etiam modicas quotidianauè decreta, expediunto.

Vide extraordinaria negotia.

Senatuum mutatio.

Senatuum diuiſio ante ſex, vel nouem menſes, vel integrum adeò annum, niſi ex cauſâ, ne mutator. Qui definitiuè retulit, ſi & interlocutoriè referre ſit

paratus, ex Senatu suo definitiuarum in senatum interlocutoriarum tantisper transfertor, exque hoc alius ei interim in illum Senatum subrogator.

57. Senatus per semestria mutantor: vt qui causas conclusas retulerint, mox ordinarias, pòst ad extraordinarias causas admittuntor: Cæteri in ordinariorum Senatus transferuntor ijsque solis occupantor.

Senatus habendi tempus.

50. Camerales per omnes anni menses à septimâ matutinâ ad decimam horam Senatum habento, ex quo æquo hoc in se animo receperunt.

O.p.1.t.10. Iudex operam dato vt manè suum quisque Senatum ingrediatur; conuentus eo tempore communi Senatus conclaui vitantor.

56. Adsessores in tempore Iudicio Senatuique adsunto, nec cæteris iam congregatis moram gerunto.

Senatus plenus.

O.p.1.t.10. Res in pleno Senatu deliberari, nisi ex magnâ causâ, & de sententiâ adsessorum, iudex ne finito.

Legati ad Collegium mandata sua in scriptis exponunto: Sin minus, in Senatu audiuntor, expediuntorq;.

56. Aduocati & procuratores à frequenti senatu, horis tamen vacuis, auditis suffragijs omnium: Nuncij autem à Iudice, seu Vicario, & parte adsessorum, & præfecto recipiuntor.

57. Nullus adsessorum sine voluntate præsidis Senatum extraordinariè conuocato: Sed nec præsides sine legitimâ causâ, vel ad cuiusuis nutum, plenum consilium cogunto.

Iudex

Iudex Senatum plenum rarenter admodum habeto. 71.
Præses eius voluntate, & adhibitis aliquot adsessoribus peritis, idem seruato.

Deliberationes ritè & ordine proponuntor, sententiæ breuiter dicuntor, nemo ab altero interrumpitor, omnes patienter audiuntor: maioris partis conclusio rata esto.

Sententia iudicis, tanquam collegæ, si sit in vrbe, 47.
auditor: Consulta Senatus ei referuntor: Adsessoris è Senatu absentis nullius suffragium admittitor.

Plenus Senatus in rebus tantum grauissimis conuocator, leuiora negotia, per deputatos transiguntor. 74.

Grauiora negotia extraordinaria in Senatu pleno, nisi 77.
iudice (si propè sit) consulto, an adesse velit nec ne, minimè proponuntor: Placita ipsi referuntor. Deliberationibus Protonotarius vel Notarius adsistito.

Senatus plenus, non nisi de nouis Adsessoribus, aut alijs personis iudicio adsciscendis, dimittendisuè, vel literis Cæsareis, alijsuè ad collegium datis recitandis habetor.

Sententiarum Conceptio.

Sententiâ definitiuâ aliauè maioris momenti conclu- O.p.1.t.10
sâ, nisi eadem ritè collecta, concepta, libro inscripta, & subscripta sit à Referentibus, surgendi abeundique facultas nemini dator.

Supplicationibus & expensarum taxationibus tres t.13.
vel quatuor Adsessores adhibentor. Si quid dubij incidat grauioris, plures pro rei qualitate, vel omnes adiunguntor.

Si pauca sint vota, exuè octo tres diuersum iustis de causis senserint, res ad iudicem & Adsessores refertor.

Earum arbitrio, vel à pluribus Adsessoribus, vel ab alio senatu, vel in pleno senatu denique sub incudem reuocator, exque integro deliberator: decisio vltima rata esto.

R. 25. Sententiam ex maioribus votis Protonotarius concipito, recitato: referentibus subscribendam exhibeto.

79. Sententiæ seu decreta Notarijs, non nisi præsentibus Adsessoribus, qui relationibus interfuerint, indicantor, confestimque in protocolli margine, ad submissionis locum, expeditum esse adnotator, vnde conceptam latamuè sententiam vel decretum constare possit.

Definitiuas sex, interlocutorias quatuor vel tres adsessores regulariter expediunto. Vide decretorum inscriptio, Senatuum diuisio §. vlt.

C. 13. In puncto termini non his verbis, Lest man es bey gewilligter zeit bleiben / Sed ita ist zeit vier Monat zugelassen pronunciator.

Vide Commissionis petitio §. pen. & vlt. Expensarum condemnatio §. 3. terminorum prorogatio §. 3.

Sententiarum volumina.

O.p.1.t.28 Protonotarij libros tres conficiunto, vno sententias Cameræ omnes conclusas conceptasque, Referentiumque, & aliorum qui relationi interfuerunt, nomina, sed & in discrepantibus opinionibus decidendi causas comprehendunto. Alter exscriptas ex superiore libro sententias contineto, ante publicationem coràm omnibus Adsesso-

Adſeſſoribus recitandas. Tertio publicatas anno quouis ſententias ſcribæ inſerunto: hi libri in Cancellariâ reſeruantor.

In ijs definitiuæ ſententiæ ab interlocutorijs per notas diſcernuntor. 56.

Sententiarum publicatio.

In audientiæ cuiusque principio ſententiæ decretaque, præſente iudice, vel vicario, & adſeſſoribus publicantor. O.p.3.t.1.

Publicatio apertis foribus celebrator, pòſt deinde audientia præbetor. t.47.

Adſeſſorum dimidia pars alternis vicibus, inque his referentes, quique relationi interfuerunt, publicationi adſunto. 70.

Alterutra parte procuratoreue poſt concluſionem defunctis, etiam ſine citatione ad reaſſumendam cauſam vel ſententiæ audientiam, Sententia in ipſos principales profertor. 71.

In executione ipſæ partes heredeſuè citantor: quibus emanentibus in contumaciam proceditor.

Submiſſione ſemel factâ, etſi eam nouus procurator, non cum mandati exhibitione, repetat, terminumuè petat, ſtatim nihiloſecius pronunciator. C.91.

Vide banni declaratio ſ. pen. vlt. Citatio ad reaſſ. ſ. vlt. Dilationes probatoriæ ſ. pen.

Sententiarum Confirmatio.

Vide appellationis deſertio ſ.2.3.

Senten-

Sententiarum executio inferiorum.

O.p.2.t.8. Sententiam in causa spolij à iudicibus primæ instantiæ. Von den Außträgen latam, si ab eâ non appelletur, Camera implorata perinde, vt suam, exequitor.

t.30. Appellatione desertâ executio remittitor ad inferiorem, si ius exequendi habeat. Sin minus, à Camerâ imploratâ executioni mandator. Vide appellationis desertio §. 2.

Sententiarum Cameræ executio.

O.p.3.t.48 Victrici in Camerâ parti executoriales contra aduersarium sub pœnâ partim victori partim fisco inferendâ decernuntor.

In termino de paritione docetor: id nî fiat, petenti arctiores executoriales sub pœnâ banni cum citatione ad videndum communicantor.

Reliqua vide in verb. banni declaratio, banni executio, reuisio § 9.10. Handlung in Schrifften §.9.

Sententiæ Competentiæ vel contra.

Vide appellatio ab interlocutoriâ.

Session.

Vide ordo sedendi.

Spolia.

Vide Außträg / Iurisdictionis iudicum inferiorum §. 4.

De sportulis Cancellariæ vide sup. sub tit. Cantzley Geldt.

Stylus.

Stylus.

Stylus Cameræ antiquus & laudabilis ſeruator. 70.

Eum ſcripto comprehenſum ſeniores Adſeſſores iunioribus proponunto. 61.

In proceſſibus decernendis is ſeruator, iuniores à ſenioribus addiſcunto. 70.

Subditi.

Vide Berichts erholung / mandata ſine clauſulâ §. 4. mandata Von Pfandung. §. 14. mandata de non offendendo. §. 1.

Submiſſiones ne faciendæ.

Submiſſiones non neceſſariæ faceſſunto. O.p.1.t.23

Super dilatorijs vel competentiâ ſine mandato ſufficienti procurator nemo ſubmittito. t.26.

Submiſſiones ſimplices verbales ſine vllâ repetitione ſunto. 33.

Ad eaſdem expeditio in continenti vel ad proximam ſuſcipitor.

In ſubmiſſionibus, earum cauſæ in ſpecie exprimuntor. 56.

Ratione termini præiudicialis fruſtra ne ſubmittitor: 79. Sed nec ſub conditione, ſi mandata ſint idonea, ſubmiſſiones fiunto.

Vide Handlung in ſpecie §. 1. Concluſio in quibus punctis.

Submiſſionum expeditio.

Leues ſubmiſſiones vno die profliguntor, Grauiores O.p.1.t.13. vltra vnam alteramuè ſeptimanam, vnumuè menſem ſine ſpeciali cauſa iudici expreſſâ ne protrahuntor. Definitiuæ

intra sex menses à factâ conclusione finiuntor, vel impedimenti causæ iudici exponuntor.

t. 28. Submissiones leuiores, quæ nec inspectionem desiderant actorum, inprimis notantor, postridie ex protocollis am Bescheid Tisch in mensâ decretorum, prælegüntor, vt decreta extemplò confici, proximâque iuridicâ publicari rectè queant.

t. 29. Submissiones, maximè spolia, purgationes, & executiones concernentes, præ alijs promouentor.

53. Causarum ad referendum datarum submissiones nouæ, eidem Referenti, cum prioribus simul, expediundæ traduntor.

56. Submissiones leues, interdum etiam prorogationes, dilationesque probationum petitæ postridiè statim, protocollo nec dum completo, à Iudice, cum duobus minimum adsessoribus expediuntor. Si tamen documenta eius rei petantur, è Cancellariâ iussu iudicis extrahuntor.

57. Similiter si in huiusmodi priuilegiatis grauioribus causis ratione declinatoriarum, responsionum, admissionis articulorum, Commissariorum & 2. 3. vel 4. dilationum probatoriarum, proclamatis, publicationis attestationum, alimentorúm, supplicationum, taxæ expensarum submittatur, etiam huiusmodi submissiones celerrimè expediuntor.

58. Sub audientiarum tempus qui non sedebunt, supplicationes interim & alia negotia extraordinaria expediunto.

M. 60. Personarum miserabilium & fauorabilium causarum præ cæteris ratio habetor.

Ad

Ad supplicationes super constitutione religionis sine mora ius administrator. M. 61.

Dilatio prima cum Commissarijs, & cum commissione petita in continenti decernitor. 57.

In omnibus causis, ob periculum moræ, in nouis supplicator, celeriterque desuper cognoscitor. 61.

Submissiones leuiusculæ, veluti in puncto termini dilationis, Commissariorum, desertionis, supplicationis, inhibitionis, responsionis, diebus Sabbathi extraordinariè, & aliàs cum cæteris decretis iuribusque minoris momenti expediuntor: à definitiuè conclusis actis seorsim distribuuntor. 64.

Exemptionum, & spirituales causæ, in quibus ad interloquendum conclusum, in Sabbatinis præ alijs expediuntor, quamdiu earum aliquot supersunt, in quibus referentes instructi seu parati sunt ad referendum. 67.

Citatio ad reassumendum, nemine contradicente, in continenti decernitor. 72.

Submissiones circa terminum, prorogationes, compulsoriales, expensarum taxationes, & similes ad referendum ne traduntor, in mensâ decretorum expediuntor. 75.

In Sabbatis ceptæ nec finitæ expensarum taxationes ad proximam peraguntor. 78.

Submissiones leuiores, si periculum in morá esse dicatur, nec alijs submissionibus grauioribus per eas præiudicetur, vel solæ in Sabbatinis expediuntor: Submissionibus reliquis nihilosecius suo ordine interlocutoriarum referendis. C. 15.

Protocolla iudicialia in decretorum mensâ reui-

duntor, recessus contra ius aut ordinationem puniuntor.

Qui ex Senatu definitiuarum discesserunt, maturè ad decretorum mensam se conferunto: acta eò delata supplicationesque, in quibus periculum moræ versabitur, expediunto, ex sacco, nisi cæteris omnibus desumptis ne referuntor.

16. Submissiones ratione Commissariorum, aliæque leuiores in decretorum mensâ expediuntor, ad referendum ne traduntor.

Subscriptio.

Vide supplicationum subscriptio Handlung in Schrifften §. 6. officium aduocatorum §. 3. 4. officium procuratorum §. 11. Referentes §. 2.

Substituti.

Vide Procuratorum substitutio.

Summa.

Vide appellationis summa.

Supplicationum formæ.

O. p. 1. t. 22 Appellationibus viuâ voce interpositis, libelli supplices pro citatione sententiæ latæ qualitates, & an summa priuilegio conformis sit, continento.

Tutorum, heredum, consortium, aliorumq; qui processibus comprehensi sunt nomina, in libello eduntor, non in executionem reijciuntor. Supplicationes pro ferendâ sententiâ libello proponuntor, & quando causa conclusa sit, quiduè concernat, paucis continento.

30. In supplicatione pro decretis non solum quid & quando conclusum submissumuè sit, inserunto, sed & foris procuratores inscribunto.

In

In causis appellationum libelli supplices diem latæ sententiæ, eiusque formam continento. 57.

Procuratores supplicationibus omnibus diem oblationis seu exhibitionis adnotanto, sub pœnâ. Vide clausula salutaris §. 1. nomina in specie expressa §. 2. 76.

Supplicationum subscriptio.

Supplicationes à procuratoribus subscribuntor, non absentium partium nomine exhibentor. Partes si adsint, ipsæ si volent, exhibento. O.p.1.t.22.

Supplicationes vel producta non subscripta reijciuntor, Procuratores puniuntor. 56.

Supplicationum exhibitio.

Supplices libelli in eum duntaxat senatum, cui Iudex ipse præerit, exhibentor.

Si post vnam pluresuè repulsas denuò supplicetur, posteriori priores supplicationes, eorumuè exempla, cum inscriptis decretis, iunguntor.

Cum supplicationibus mandata simul procuratoria vel alia eius rei documenta proferuntor, vel de rato cauetor.

Lite pendente, nisi pro ferendâ sententiâ, ne aliter quàm iudicialiter supplicator.

Supplicationes cum decretis Procuratores ne retinento, sed iudicio restituunto. 57.

Supplicationes non adsessoribus, sed iudici præsidibusque in manus traduntor. 77.

Supplicationes pro confirmatione tutorum, non in iudicio, sed in senatu extraiudicialiter exhibentor. 87.

Vide documenta §. vlt.

Supplicationum diſtributio, cuſtodiaque.

81. Supplicationes vel acta ſibi non tradita, nemo è ſenatu efferto: id Iudex præſideſuè præcauento.

72. Diſtributioni ſupplicationum Notarius adeſto, referentes ſupplicationis cuiuſuis notato.

73. Præſides ad diſtributionem ſupplicationum ſemper comparento, alternatim, ſed nec adſeſſores emanento.

79. Supplicationes ne in menſâ relinquuntor, ſed arcæ ad id deſtinatæ includuntor, inde ad referendum diſtribuendæ eximuntor.

Nemini, niſi de voluntate Iudicis vel Vicarij, idque adſiſtente Notario, domum eas deferre ius eſto.

Supplicationum expeditio.

O.p.1.t.10. Inter concipiendum ſententias, ſupplicationes, aliauè ne immiſcentor, tractantoruè: ſed ſuo tempori reſeruata expediuntor ſine morâ.

Vide officium præſidum §. pen. Submiſſionum expeditio §. 8. Proceſſus decernendi per tot. Decretorum inſcriptio.

Syndicatus.

O.p.3.t.53 Si dolus culpauè arguetur, exuè actis apparebit, victor in reuiſionis cauſâ iudices ſi velit, coram ſyndicatu reos peragito.

In petendo indicendoque ſenatu, quæ de reuiſione cauta ſunt, ſeruantor.

Taxatio priorum actorum.

12. Pro folio quouis 2. vel 3. crucif. pro ſigillatione 1. fl. pro

pro ligatura 1. fl. pro versione è Gallico &c. in singula folia ½ fl. taxantor.

Rotvvilensia acta suæ ordinationis æstimationi relinquuntor.

Vide actorum æstimatio.

Taxatio Expensarum.

Vide expensarum taxatio.

Taxatio laborum cuiusque.

Vide Cantzley Geldt/ Salarium nunciorum, Procuratorum, aliorumque.

Commissarijs singulis absentiæ diebus 1. fl. in singulos testes, iudicis tamen arbitrio saluo, 1. fl. pro nunciatione semel 1. fl. pro certificatione tantundem. Pro citatione 1. fl. ein Tagzettel 5. Pfen. pro transsumptione instrumenti 1. fl. aliarum rerum in singula folia 8. crucif. pro copijs necessarijs in singula folia 4. crucif. pro collatione quotidie 1. fl. pro subscriptione & sigillo 1. fl. Mundierung des Examens/ seu descriptione examinis, pro ratione foliorum 2. vel 3. crucif. pro ligamentis nihil taxator.

Temporis supputatio.

Vide absentia Adsessorum §. 6. 7. 8. vlt. dierum dinumeratio per tot. neglecta §. 4. 5. proclama, restitutio in integrum, Senatus habendi tempus, terminorum cursus.

Terminus ordinationis.

Si quid sine termino producere iubeantur Procuratores, ordinationis terminus præfixus intelligitor. O. §. 3. t. 6.

Ordi-

Ordinationis terminus in caufis extraordinarijs decima, in ordinarijs fecunda dies efto. Hunc citra fubmiffionem procurator quifque pro finali obtineto, eoq; ela-
73. pfo dilatio arbitraria cum comminatione præiudiciali dator, vel eam ipfe procurator præiudicialiter æquè concedito.

Terminus præiudicialis.

77. Loco ordinationis termini, terminus præiudicialis fuccedito, auff ein Jahr lang zuuerfuchen.

Idem terminus denuò approbatus ad anni adhuc fpa-
85. cium continuator, Denuò vfque ad vltiorem Cæf. Maieftatis, ftatuumque deliberationem & difpofitionem prorogator.

Terminus ad proximam.

70. Quibus cafibus fine termino ad proximam concludendi viuâ voce neceffitatem ordinatio imponit, in ea parte falua integraque maneto.

77. Petitio ad proximam, nifi in cafibus in ordinatione expreffis, ordinationis pœnâ punitor, atque adeò pro arbitrio iudicis. Vide Handlung in Schrifften §. 11. in fin.

Terminorum petitio.

Op.3.s.6. Si anguftior procuratoribus præfigatur terminus, longiorem petere in continenti liceto. Qui decreto ad probandum admiffus erit, petendi terminum ad probandum è veftigio ius habeto.

8.40. Omes receffus, feu acta omnia extemplò cum petitione copiæ & termini recipiuntor.

B.82. In omnibus caufis tempus pro termino & prorogatione fimul petitor, permittitorque, nec pofteà vlterius

rius sine documento iustarum causarum postulator.

Tempore pro termino & prorogatione per decretum iudicialiter adsignato, si in continenti procurator, nudis verbis, sine vllo documento, in genere, principalem suum multis negotijs occupatum dictitans, longius tempus pro termino vtroque petierit, in arbitrio esto iudicis, vel admittere petitionem, vel fraude deprehensâ punire. C.56.

Termino mensis per substitutum petito, si eâdem posteà audientiâ procurator duorum petat, ob id quod variè distent partes, is sine iusti erroris probatione ne auditor.

Termino obtento purificato, nouus terminus loco prorogationis ne petitor. B.50.

Terminorum concessio, negatiouè.

Nemo procuratorum alteri terminum ampliorem, quàm ordinatio Iudexuè præfiniuerit, siue in, siue extra iudicium concedito. 50.

Termini, obtentu transactionis fictæ petiti, denegantor. 57.

Dilationem arbitrariam procuratores ipsi præiudicialiter inuicem sibi permittunto. 73.

Tàm in primo termino, quàm in primâ eiusdem prorogatione tempus iustum, pro modo grauitatis causæ, articuli punctiuè momenti, locorum interualli, aliarumque circumstantiarum, procuratores ipsi vltrò citroque sub præiudicio assentiuntor. Vide t. seq. 5.4.12. & seqq. 77.

Terminorum præfixio.

Si instrumenta, literas, mandata procuratoria, producere procuratores decretis iubeantur, terminus simul præfigitor. O.p.3.t.6.

t.16. Probandis articulis negatis terminus arbitrarius præſtituitor.

t.31. Appellato acta deſcribenda communicantor: ijsque reproducendis dies præfinitor.

t.32. Lite conteſtatá appellanti, vel ſi is concluſerit, appellato terminum iudex largitor.

t.38. Ordinationis termini, pro diuerſitate rerum, perſonarum, cauſarum reſtringuntor, extenduntor, augentor, imminuuntorue.

59. Termini ab Adſeſſoribus, pro qualitate rei, & locorum diſtantiâ adſignantor.

78. In citationibus termini ne anguſti nimis à præfecto ſtatuuntor: cuius contumacia accuſabitur, is per termini præfixionem ſuper eâ agere compellitor.

Decretis agendum aliquid iniungentibus, ſemper certus terminus nominator, præfigitorque.

79. In præfixione termini præiudicialis, eiusq; primæ & ſecundæ prorogationis, rerum, locorum, perſonarum circumſtantiæ diligenter ponderantor.

C.83. Termino in ferias inciſuro, citatio diſertè ad proximam iuridicam ſequentem non, vt ſolet, alternatiuè concipitor.

Si ſuper termino, hinc ſex menſibus petitis, inde quatuor conceſſis, ſubmiſſum ſit, non his verbis, **Leſt man es bey gewilligter zeit bleiben/** ſed ita, **iſt zeit vier Monat zugelaſſen vnd angeſetzt** pronunciator, ne ſuper computatione à die habiti receſſus latinè decreti ineundâ diſputandi anſa præbeatur.

C.90. Ad ſupplicationem pro commiſſione ad perpetuam rei memoriam iudicialiter productam terminus, ob moræ periculum, 14. dierum, vel ſummum 4. ſeptimanarum nec

nec longior dator, ampliorē petens submittensq; punitor.

Procuratore intra terminum, vel etiam pòst, ante tamen quàm ipsum ordo agendi tangeret, defuncto: Successori eius terminus, sed priore breuior indulgetor.

Ad supplicationem pro processibus in iudicio exhibitam, terminus arbitrio iudicis, sed breuis statuitor.

Vide Berichts erholung §. vlt. conclusio in quibus punctis per tot. mandata sine clausulâ §. vlt.

Terminorum prorogatio.

Si causæ petendi prorogationes terminorum minus verisimiles, suspectæque videbuntur, ad proximam indicio aliquo docentor, eouè nomine iurator. 71.

Qui semel termini præiudicialis prorogationem per decretum obtinuerit, ei aduersarius prorogationem vlteriorem sine submissione ne permittito. Si prorogatio petatur, nec causa subsit, de præiudicio hunc in modum pronunciator. 75.

Ist D. N. die gebetene Prorogation hiemit abgeschlagen sondern lest man es bey seiner selbst am N. tage begerter vnd erhaltener Præiudicial Commination/(puta litis contestatæ, confessatorum,) bleiben.

Prorogatione termini præiudicialis petitâ, si ante interlocutionem tempus effluxurum sit, procuratores intra eam vltrò sub pœnâ agunto. 77.

Prorogatio prorogationis, vel eius vice nouus terminus sine probatione iustæ causæ sub pœnâ ne petitor. Negatâ per decretum prorogatione vlteriore comminatio nulla adijcitor, sed quæ primi termini concessioni vel expressè adnexa, vel tacitè comprehensa fuit, repetita censetor. C. 83.

Prorogationis petitæ tempus, ſubmiſſione pendente, etiam citra interlocutionem cum præiudicio currito: ſed non à die habiti receſſus, verum à lapſo termino immediatè computator, eique adhæreto: eademque ratio temporis per decretum prorogati eſto.

B. 52. Tempus in omnibus cauſis pro termino & prorogatione ſemel petitor, conceditorque, nec vlterius ſine documento iuſtarum cauſarum ſub ordinationis pœnâ poſtulator.

C. 15. Termini etſi vtiliter cadunt, prorogationes tamen niſi intra tempus ne petuntor.

Termino pro termino eiuſque ſimul prorogatione petito, ſi extemplò breuior terminus concedatur, ſubmittaturque: intra petitum, aut ſaltem per ſententiam decretum breuiorem iſtum terminum à die habiti receſſus numerandũ, cum comminatione præiudiciali, agitor.

B. 90. Prorogationes fatalium, vel aliorum terminorum ſine ſuffi cientibus iuſtarum, & de nouo natarum cauſarum documentis, ne petuntor.

Vide dilat. probat.

Termini noui loco prorogationum.

C. 13. Ob mortem procuratoris aduerſæ partis nouus terminus ne poſtulator.

Vide tamen ſupra terminorum præfixio §. pen. termini petitio §. vlt. termini prorogatio §. 5.

Termini quomodo obeundi.

O. p. 3 t. 8. In quibus cauſis terminus termino ordinationis longior petitus obtentusque vltrò acceptus erit, In his in tertiâ interrogatione circulari præfixarum immediatè

poſt

post nouas, ordine à summo ad imum Procuratorem decurrente, agitor.

Nemo procurator processibus impetratis, ante citationis terminum compareto, deque diligentiâ frustrà protestator, Sed termino expectato tùm demùm, quod conueniet, agito.

Idem citatus facito, nisi de citationis termino incertus, aduersario non comparente, verisimiliter terminum adesse suspicetur.

Cuncti procuratores terminum diligenter obseruanto, atque etiam in causis iam iudicialiter introductis anticipanto. f. 37.

Terminos obtentos petitis longiores procuratores anticipare studento. 57.

Terminos iudicialiter sibi concessos procuratores anticipanto, nec ob annexam præiudicij mentionem submittunto. 75.

Nemo procurator ante terminum in citatione certò præfixum iudicialiter se intromittito. B.92.

Morte procuratoris aduersæ partis in termino incidente, cum primo defuncto alius subrogatus erit, procurator, qui terminum ante obtinuerat, primo suo ordine agere tenetor, nouumq; terminum sub ordinationis pœnâ ne postulato. Vide term. præfixio §. 4. pen. B.15.

Terminorum cursus, computatio, lapsus.

Contra probationes acturis terminus à die communicatorum in Cancellariâ probatoriorum computator, ex causâ amplior adsignator. O.p.3.t.18

Procuratores attestationum copias è Cancellariâ 74.

 peten-

petentes schedis diem exhibitionis adscribunto, posteà lapsum termini sine sua culpâ excusantes earum exempla iudicialiter porrigunto, aliàs ne audiuntor.

75. Procuratoribus diligenter instantibus cópias probatoriorum è Cancellariâ sibi communicari, antequam obtineant, termini præiudicialiter currere ne incipiunto, dum tamen de diligentiâ per protonotarij testimonium doceant in continenti: termini præiudiciales vtiliter de eâ re intelliguntor. Itaq, sine protestatione de diligentiâ procuratores primo suo ordine post terminum agunto.

C.85. In præfixione terminorum 30. dies pro mense computantor.

Termini propter mortem aduersæ partis procuratoris, non eo minus decurrunto: terminus petitus, nec dum obtentus, nihilominus à die habiti recessus decurrito.

C.85. Termini in nouis, peræquè vt in præfixis vtiliter ceduntо.

A die oblatæ cautionis terminus, non minus quàm si admissa præstitaque foret, decurrito sub pœnâ.

Vide procurat. legitimatio §. vlt.

Terminorum circumductio.

Si neuter litigantium in primo citationis termino comparcat, tùm si proxima vel sequenti iuridicâ actor reo petente causas non comparitionis exponat, non secus atque in ipso termino primo auditor. Si plures tribus (hodie sex) iuridicæ effluxerint, nemine comparente, terminus pro circumducto habetor, & citatio irrita esto.

64. In appellationum causis termini circumductio locum ne habeto, ac proinde dispositio superioris §. in ijs cessato.

C.90. Si tamen ad reassumendum citatio exierit, in his quoq; termi-

termini circumductio locum habeto, idemque in mandatorum & executionum causis ius esto.

Vide de dierum dinumeratio. §. 3.

Terminorum præiudicium.

Respondere per decretum ad articulos iussus, si contumax fuerit, articuli pro confessis habentor, ac porrò secundum iura proceditor. Op.3.t.15

Si litem contestari vel concludere iussus id intra terminum præstitutum omiserit, eo lapso sine vlteriore imploratione lis contestata & causa conclusa esto. 56.

Res transactas, causasuè mortuas, aut concordiam tentatam procuratores, vt præiudicium labentis termini euitent, non modò allegan to, sed per literas alijsq; modis probanto. 75.

Procuratores inter se nec colludunto, nec post lapsum termini actionem vllam admittunto. B.79.

In productione seu actione eorum, quæ simul agenda sunt, In einbringung semptlicher handlung/ si cessetur, pœna termini præiudicialis obtineto. 80.

Ex defectu euentualis actionis Aus mangel der Euentual handlung contra contumacem in nõ comparendo tantum lis pro contestatâ habetor, & præsens ad vlteriorem desuper actionem zu ferner handlung darauff/ admittitor. Cæterùm defensionalium via integra relinquitor: Secus ac in contumace in non agendo, cui ea præcludenda: Si quis respondere iussus, vel sumto ad id termino posteà ad reassumendum citatus, contumaciter emanserit, is in comparendo potius quàm non respondendo contumax censetor, ac proinde pro confesso ne habetor. Vide absolutio à citatione §. vlt. & passim. Handlung zweiten Termins. C.35.

Termi-

Terminorum Reparatio.

O.p.3.t.40 Subſtantialibus terminis prætermiſſis, vel vitioſe nulliterue habitis defectus ſiue ſcriptis paucisuè verbis ſupplentor redintegrantorque, ſimulq; cum annexâ actorum nudâ repetitione concluditor.

Termini cuiuſuis propriæ actiones.

Vide ſupra Handlung erſten Termins cum tit. ſeq.

Termini probatorij.

Vide dilationes.

Tertius interueniens.

Vide inſcriptio ſ. 1.

Teſtes.

Vide atteſtationes &c. Commiſſarij, Dilationes probatoriæ.

Titulus.

Vide inſcriptio per tot.

Tractatus concordiæ & tranſactio.

O.p.1.t.16 Fiſcalis cum reis, ſine voluntate deputatorum, nulla pactione tranſigito.

57. Tranſactiones cauſarum concluſarum iudici ſignificantor, aut pœna arbitraria irrogator.

Vide deputat. poſt audient. ſ. 2. terminorum præiudicium ſ. 3.

Triplicæ.

Vide concluſio in quibus punct. ſ. 5. 6. 10.

Vecti-

Vectigal.

Vide relaxatio iuramenti §. 2.

Venia.

Vide absentia neglecta.

Visitatio Cameræ.

Visitatio Cameræ quotannis per Cæsaris statuumque delegatos, & consiliarios instituitor hunc in modum: Cæsar suos commissarios, Moguntinus atque alius præterea vnus ex Electoribus, quem ordo tanget, suum quisq; consiliarium mittunto, Principes duo alter Ecclesiasticus, alter secularis, alternis vicibus ipsi comparento, delegantouè: eo ordine quo in imperij senatu sedent, succedunto. O.p.1.t.50

Prælatorum, Comitum, & ciuitatum ordines singulos consiliarios adijciunto.

Omnes hi à Moguntino conuocati suo ordine, suisq; sumptibus conuocantor.

Si syndicatus Reuisioque postulabitur, iudices idoneos adhibento.

Principes coràm adesse impediti ex principum ordine alium substituunto: Emanentibus ob causam morbi (quæ sola admittenda) cæteri in visitando progrediuntor.

A Cæsare atque Imperij ordinibus, omnes ad Cam. pertinentes personas, nemine penitus excepto, aliosque defectus visitandi, corrigendi contumaces, & minus idoneos amouendi, sine discrimine respectuuè plenum ius potestatemq; habento. Et status ad quos ea res pertinebit, de alijs, iuxta ordinationem nominandis, requirunto.

Superiores hac de re factæ ordinationes irritæ reuocatæque ſunto.

Status Auguſtanæ confeſſionis cum alijs ad viſitandum admittuntor.

Statuum querelæ de Camera ſub Mart. Cal. ad Moguntinum deferuntor, à viſitatoribus deciduntor.

50. Cámerales niſi poſt annum, quàm à Camera liberati fuerint, ad viſitandum ne admittuntor.

R.57. Ad viſitandum conuocati ſtatus neminem, niſi idoneum, iureiurando ſibi deuinctum, & qui intra annum ad Cameram non pertinuerit, ſubdeleganto.

R.59. Viſitatore reuiſoreque vno pluribuſuè recuſatis, penes cæteros de recuſatione cognitio eſto.

Quorum abſentia factum erit, vt viſitatio reuiſiouè prorogetur, quorumuè legati excluſiuè cauſam prorogationi dederunt: hi reliquis ſumtus factos refundunto. Solutionem detrectantes fiſcalis per monitoria in Camerâ executorialeſque perſequitor. Camera ſumptus taxato, iuſque adminiſtrato, exceptiones omnes amputato.

R.66.70. 76. Si viſitatorum ſupra tres abſint, viſitatio in ſequentem annum reijcitor: Cæterùm, præſentes ad viſitandum progrediuntor.

R.70. Princeps non comparens 5000. fl. cæteri non mittentes 1000. fl. aureos ad ſuſtentationem Cameræ pro pœnâ pendunto: Eam pecuniam fiſcalis per mandata pœnalia exigito.

Denegatorum proceſſuum querelæ ad viſitatores deferuntor: hi eas vel reijciunto, ſi iniuſtæ videbuntur, vel vt ſupplicanti porrò inſtanti proceſſus decernantur, Collegio iniungunto.

Mogun-

Moguntino præter Cancellarium, & nobilem vnum, alium quoque ICtum mittere: quin & visitanti principi duos secum consiliarios adhibere liceto. R. 76.

Visitatores, quæ in Cameræ ordinatione emendanda videbuntur, deliberanto. Ad Cæsarem in Comitijs proponenda deferunto.

Vide iuramentum visitatorum.

Visitatorum potestas.

Rationem acceptorum & expensarum fiscalium cognoscunto, eamq; quotannis à Quæstore exigunto. O.p.1.t.16.

Culpam malè iudicantium coërcento. O.p.3.t.51

Resoluta dubia vel approbanto, confirmantoque, vel aliter de ijs statuunto. t.40.

Rationem remunerationis procuratoriæ à Camera statuendam examinanto. 36. 50.

Vide tit. præced. per tot.

Visitations Abschiedt.

Visitations Abschiedt de anno 56. extra ea, quæ hoc memoriali repetita inuenientur, in totum abrogator, nec vlla sui parte seruator. M.57.

Visitationis recessus, & memorialia vno libro conscribuntor, in senatu seruantor, nulli adsessorum domum deportari permittuntor, nisi ex iudicis vel eo absente, præsidum permissu: eâ tamen lege, vt & à protonotarijs id consignetur, & liber sine morâ in Senatum referatur.

In senatu assiduè requirentibus præstò & ad manus sunto. 65.

Eadem post annum 70. facta scitaque autore iudice, 77.

in compendium conferuntor,& vel libro comprehenduntor, vel tabulis in Senatum suspenduntor.

Vide resolutiones dubiorum §. vlt.

Vmbfrag in den Audientzen.

Interrogationes circulares in audientijs.

O.p.3.t.1. Principio audientiarum sententiæ decretauè, præsente Iudice, & adsessoribus publicantor. Audientia deinde procuratoribus præbetor.

Dies festi exemti nefastiq́ue sunto.

t.3. Audientiæ cuiusuis sex rogationes seu Vmbfragen sunto, 1. num quis super sententijs. 2. an in nouis. 3. acceptato, statutouè termino, id est, in præfixis. 4. an ex præscripto ordinationis agere quis vel submittere. 5. an contumaciam suam purgare. 6. an alienam accusare velit.

Rogationum istarum ordo ne confunditor: vt quauis audientiá absoluantur omnes, vel in singulis saltem pro parte procuratores cuncti audiantur, postridie intermissus ordo, qua desijt, continuetur, iudex curato.

Protonotarius quem quouis tempore ordo destituerit, diligenter protocollis adnotato, atq; in iudicijs porrò moneto.

57. Procuratores ad quamuis rogationem ad eam pertinentes suas causas ordine omnes proponunto.

67. Excusationum Vmbfrag in contumacijs abrogator, eius loco vicissitudo accusationum & præfixarum substituitor.

C.13. Tametsi toto dehinc contumaciarum ordine tardo admodum & tantum non obsoleto &c. De rogatione ordi-

ordinariorum vide supra terminus præiudicialis §. 1.

Vmbfrag auff Bescheidt.

Publicatis sententijs ad eas duntaxat, quæ eadem audientiâ fuerint pronunciatæ, actio in continenti admittitor.

Vmbfrag in Nouis.

In nouis nihil præter nouas causas, & quæ inde pendent, proponere liceto, vt puta, citationum, inhibitionum, compulsorialium, mandatorum pœnalium, aliosq; similes processus, item mandatorum procuratoriorum, instrumentorum appellationum, petitionum executorialium, libellorum, supplicationum, productionum actorum, & reproductionum eorundem, item si vlterior terminus ad reproductionem actorum & libelli ad impedimentum incidens indultus sit. *1.7.*

Causæ nouæ sine ordinariorum & extraordinariorum differentiâ quauis audientiâ peraguntor.

Si quâ in causâ periculum moræ metuatur, desideria per supplicem libellum in nouis porriguntor. *R.66.*

Contumacia non agentis in proximo obtento termino ad reproductum mandatum sine clausulâ de relaxando captiuo in nouis accusator.

Iuramentum calumniæ petitum in nouis iurator. *67.*

Fiscali in nouis agendi semper ius esto. Procuratores quoque vicissim producta parata in nouis exhibere vel se excusare tenentor.

Paritionis punctus in pignorationum causis vsque ad finem peragitor in nouis. De malitiâ quoque in nouis iurator. *68.*

10. Etiam cauſales in nouis porriguntor, in ijsque & alijs ad Nouarum ordinem pertinentibus cauſis idem obtineto, etſi præiudicialis terminus præfixus fuerit.

C.33. Purificato termino ad proximam, alioue, in nouis id indicare, nec contra quaſi in ordine contumaciarum id admonendum fuerit, excipere liceto.

Protocolla complentes Notarij cauſalibus in cauſis pignorationum productis, vel ſi in puncto paritionis agatur, quid in nouis, quidue in præfixis prolatum ſit, adnotanto.

Expenſarum deſignationes in Nouis exhibentor.

14. Commiſſio ne in nouis verbaliter, ſed in ſcriptis vnà cum alijs, quæ agenda incumbunt, vel coram deputatis poſtulator.

C.35. Expenſarum deſignationes ne in præfixis ſed in nouis tantum producuntor.

Exceptiones dilatoriæ, vel in earum vim oppoſitæ peremptoriæ, ſiue nudæ ſint, ſiue adnexam habeant Euentuall Handlung arbitratu procuratorum vel in Nouis vel in præfixis producuntor.

Executionis punctus quoad paritionem (ſecus quoad liquidationem) ad Nouas pertineto.

Ad expenſarum deſignationes in Nouis excipitor: Replicæ ne facilè admittantor.

Vide concluſio in cauſa §. vlt. terminorum curſus §. pen.

Vmbfrag in præfixis.

O.p.3.t.8. In quibus caſibus terminus termino ordinationis longior petitus obtentuſuè, vel vltrò acceptus erit, in his ad rogationem tertiam ſiue præfixarū immediatè poſt nouas ordi-

ordine à summo ad imum procuratorē decurrente agitor.

Vota siue Adsessorum suffragia.

Iteratò sententias seu vota tum demùm rogato colligitoque, si iusta eius rei subesse videatur causa. Id autem si secundo vel tertio fiet, priora prolixè in votis ne repetuntor inculcantorue. Op.1.5.10.

Adsessores nimiam in relationibus & votis scrupulositatem vitanto. 50.

Prolixiores semel atque iterum admoniti deponuntor, alter alterius argumenta & rationes ne repetito: Nouas si quas habet, breuiter subiungito: Sin ab alijs dissentiet, suam sententiam, quibus modis videbitur, sine superfluitate confirmato.

In rogandis sententijs inter seniores & iuniores is ordo in causis extraordinarijs seruator, ne illis inauditis, hi iam per maiora negotium decidisse videri possint. 57.

Vota ad calamum ne dictantor, sed à protonotarijs, Notarijs, Adsessoribus, summariè tantum excipiuntor, nec nisi substantialia tantum excerpuntor: Integrum tamen votum domi conscriptum, reuisionis metu, vt quisque volet, apud protocollum deponito. 58.

Relatione finitâ, ne quis suo ordine suffragij lationem detractato, neuè in aliud tempus differre finitor. M. 60.

Relatione finitâ sententiæ (nisi protonotario, vel Notario, coram quibus audientibus retulerit, quidq; per maiora conclusum sit, perscribente) ne dicuntor. 55.

Vsuræ.

Vsuras status Imperij, suis quisque in ditionibus, grauibus edictis coërceto, contractus vsurarios annullanto. R. 1500.

Redi-

Redituum emptio more recepto permissoq; celebrator.

R. 50. Prauas vsuras exercentes, quarta sortis parte mulctantor.

Magistratus in eo negligentes fiscalis in pœnam notabilem 2. 3. aut 4. marcarum auri puriputi Vmb ein nemliche Peen alß 2.3. oder 4. Margk Löttiges Goldes conuenito.

Redituum non simulata emptio pro ratione quincunce & cum reluitionis pacto, iusta licitaque esto. hanc quicquid excedet pro vsurario contractu, vti dictum punitor.

R. 32. Hac constitutione Iudæi non minus quàm Christiani tenentor.

R. 45. Rusticis in vinum, frumentum, aliosque fructus mutuum aliter quàm communis æstimationis ratione habitâ ne dator.

Aduersum hæc si quid fraudulenter committetur, amissa publicataque sorte extra ordinem insuper vsurarius punitor, vsuris Iudaicis per se magistratus quisq; frenum inijcito.

R. 70. Constitutiones Imperij latas super vsuris Iudex & Adsessores sine vlteriori disquisitione exercento exequuntorque.

ΤΕΛΟΣ.

